siue generalem quemcunq;, quem etiam nos sibi eam ad rem authoritate pre-
sentium addimus ac deputamus, quandocunq; sibi visum fuerit, apprehenden-
dam. Quam quidem recognitionem nos suscepimus, et in Acta Cancellariae
nostrae inscribere mandauimus. Decernentes eam robur et pondus suum iu-
stum et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum no-
strum praesentibus est appressum. Actum et Datum Vilnae feria sexta post
Octauas Corporis Christi proxima, quae fuit decima dies Mensis Junij. Anno
Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero nostri Vinto.

Doltio Magnifici vt supra.

Plenipotentia Alberti
Gise.

vp. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus his literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et actis Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Generosus Martinus Berseuiceius, Miles torquatus, noster per Transyluaniam Cancellarius, a quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti recedendo, huic vero nostræ, quo ad negotium præsens se incorporando ac subijciendo, vltro, libere, palam, diserteq; verbis recognouit. Se in suum verum ac legitimum Procuratorem ac mandatarium constituisse, ac ordinasse, constituereq; ac ordinare, hisce literis nostris Spectabilem ac Generosum Albertum Gise, Proconsulem Ciuitatis nostræ Gedanensis. Dedisseq; eidem, plenam, integram, et absolutam potestatem, mutuandæ nomine suo, apud quascunq; personas, pecunias, in redemptionem Capitaneatus nostri Stargardiensis, de manibus successorum Magnifici olim Fabiani Boema Palatini Mariæburgensis, nostri consensus ac Decreti quoq; vigore, necessarias, eiusdemq; summæ ipsis successoribus reponendæ ac numerandæ, ac versus possessionis memorati Capitaneatus, et omnium ac singulorum bonorum, ad eum pertinentium, adeundæ, capiendæq;. Necnon eorum omnium, quæ in negotio hoc redemptionis istius Capitaneatus, adeundæq; illius possessionis, quoquo modo necessaria ac opportuna fuerint, agendorum, conficiendorum, ad debitumq; effectum deducendorum. Promittens ac suscipiens, rata grataq; ea omnia, quæcunq; ab eodem Alberto Gise, ea in re acta, factaq; essent, se esse habiturum, neq; ijsdem quouis prætextu et colore postmodum esse contraventurum, vel in dubium illa ese vocaturum, imo vero semper eadem seruaturum, neq; aliter reputaturum ac si ab ipsomet facta essent. Quam suam recognitionem nos suscipi, et in acta Cancellariæ nostræ inscribere mandauimus. Actum et Datum Vil-

513 295

na die quatuordecima Mensis Junij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Octuagesimo. Regni vero nostri Quinto

Relatio Magnifici vt supra.

Pro Leonarde summe mille
sexingentorū sexagint. sex
flor. & Vdi Joannis Krassinski
dat.

vsp. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus hijs literis nostris
quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram no-
bis et Actis Cancellarie nostre personaliter constitutus Generosus Francis-
cus Krasinski, à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictione
quibus sua propria et competenti recedendo, huic vero nostre, quoad negocium pre-
sens, et illius effectum, secum bonis successoribusq3 suis incorporando, et subijciendo,
voluntarie, libere, palam, diserte, expresisq3 verbis recognouit, Se Venerabili Joan-
ni Krasinski, Cantori Cracouiensi et Secretario nostro, fratri suo germano, dedisse
ac concessisse, presentibusq3 literis nostris dare ac concedere, plenam, integram, et abso-
lutam potestatem, et facultatem, percipiendi, leuandi q3 summe pecuniarie, mille
sexingentorum, sexaginta, et sex flo. cum viginti grossis, eidem Francisco, a Ma-
gnifico Nicolao Mieleczki à Mielecz, Terrarum Podolie Palatino, Noue Ciuita-
tis Korczyn, Grodecensiq3 Capitaneo, debitorum, atq3 Actis Castrensibus Noue
Ciuitatis Korczyn obligatorum, apud eademq3 acta pro festo Nti Joannis Ba-
ptiste nunc imminenti, reponendorum. De eademq3 summa pecunie, percepte, eid-
dem prefatum Magcum Podolie Palatinum, quietandi, et cetera, quoe istig

negotij rationes exposcere videbuntur, nomine suo faciendi. Promittens suscipiés se ea omnia, quæ ab ipso Joanne Krasinski fratre suo, vigore ijstius mandati hoc in negotio, acta factaq; fuerint, rata et grata semper cum successoribus suis esse habiturum, ac non modo illa in dubium non esse vocaturum aut illis contrauenturum, sed etiam si id necessarium fuerit, vel à se Magnificus Podoliæ Palatinus idipsum exposceret, apud Acta quæuis authentica, eadé approbaturum, ac nouam quietationem de eodem debito recognituzum. Quam recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ referri mandauimus Quæ in eius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum Vilnæ die quartadecima Mensis Junij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero nostri Quinto.

Relatio Magci ut supra.

Plenipotentia Joannis Sa
lapski.

vp. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus his literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod comparés coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ Gnōsus Joannes Pudlowski Secretarius noster, à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictione quauis sua propria et competenti recedendo, huic vero nostræ, quo ad negotium præsens et illius effectum se cum bonis successoribusq; suis incorporando et subijciendo, vltrò, liberè, palam, distertis, expressisq; verbis vace

gnouit. Et missum verum et legitimum Plenipotentem, ac Mandatarium con-
stituisse ac ordinasse, presentibusq; literis nostris constituere ac ordinare.
Nobilem Joannem Scjatapski, ad petendam obtinendamq; suo nomine exe-
cutionem finalem ac debitam Decreti, inter ipsum et Honestum Adamum Bru-
nik Oppidanum Vischogrodensem, occasione violentæ acceptionis aruenæ, a
Vilico eiusdem Joannis Rudkowski, in vsum suum, in foro publico, in Oppido
Wyschogrod coemptæ, a nobis vltimo lati. Nec non ad peragenda, et consi-
cienda omnia ac singula, in eo negotio quouis modo necessaria et oportuna.
Dans eidem potestatem, si id necessitas expostulauerit, in locum sum, alium
mandatarium, eandem ad rem surrogandi, ac eundem reuocandi. Promittens
preterea, se ea omnia, quæcunq; hoc in negocio executionis decreti suprascripti,
vigore istius mandati ab ipso Joanne Scjatapski, acta, facta, et constituta
fuerint rata et grata esse habiturum, neq; illa in dubium esse aliquando
vocaturum, vel reuocaturum, imo vero eadem non aliter esse reputaturum, ac si ab
ipsomet facta et constituta essent. Quam recognitionem nos suscipi et in Acta
Cancellariæ nostræ referri mandauimus. Actum et Datum Vilnæ die quarta
decima Mensis Junij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo.
Regni vero nostri Quinto.

Dolthio Magri rt. vt sup

Delegacio Judei Isaac Hesperi
von debiti Nicolao Bu
celle fact.

Stephanus Dei gratia Rex Polonia ꝛc Significamus hic literis nro
stris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris.
Quod coram nobis, et apud Acta Cancellarie nostre, personaliter constitutus
Judeus Jsaac Hispanus, filius Demidis Hispani, incole Cracouiensis, recedendo
do ei quouis iure, foro, iurisdictioneq3 sua propria et competenti, cui quarumque
ratione subest, Nec non libertatibus ac prærogatiuis suis omnibus, atq3 illis quo
ad presentem suam obligationem renunciando, huic vero nostre iurisditioni, se
cum successoribus, et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, vbiuis locorum, tã
in Regno et dominijs nostris, quam extra, ab ipso habitis et possessis, habendisq3
et possidendis, subijciendo et incorporando, vltrò, liberè palam, diserris et expres
sis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere se et suos
successores, certi, veri, et ligmdi debiti, mutuoq3 accepte pecunie, centum
thaleros argenteos, antiquos, argenti bom et probi, singulos grossis triginta
quinq3 Polonicis, computatos, Egregio et Excellenti Nicolao Buccellæ Phy
sico nostro, et illius successoribus. Obligauitq3 se et suos successores, videm
Jsaac Judeus, de et super omnibus bonis suis, tam mobilibus quam imobili
bus, maxime vero mercibus quibuscumq3, debitum hoc centum thalerorum, totũ
et integrum, memorato Nicolao Buccellæ, aut ipsius successoribus, veleriã
mandatario eiusdem, ad id potestatem, à Nicolao Buccella, concessam haben
ti, ipso die festo Assumptionis Gloriæ Virginis in Cœlum, proxime in anno
presenti celebrando, parata, et presenti pecunia, soluturum, numeraturũ
ac redditurum, realiter, et cum effectu, sub vadio similis sumæ centũ
thalerorum, ab ipso Jsaaco, et illius successoribus, in casu non solutionis
debiti prefati, ad tempus suprascriptum, ad soluendum irremissibiliter
sucrumbendo, et in summam essentialis debiti conuertendo, ita vt, quod

iam tum non centum, sed ducentos taleros hic Judæus Isaac, et sui successores Nicolao Buccellæ, et ipsius successoribus, certi, veri, et liquidi debiti, tenebũ-
tur. Cuius debiti nomine, licebit Nicolao Buccellæ, et ipsius successoribus bona illius Judæi, suorumq3 successorum, vbiuis locorum consistentia, tam mo-
bilia quam immobilia, maximè vero merces quascunq3 arestare, ac eadem in possessionem suam accipere, ac eousq3 retinere, quoad sibi ducenti taleri integrè ab eodem Judæo suisue successoribus numerati fuerint. Quod si vero nulla bona hic Judæus habuerit, in quibus debitum hoc repeti possit, liberũ erit totiẽs memorato Buccellæ suisq3 successoribus, ipsum vbicunq3 deprehẽ-
sus fuerit, capere, et in vinculis siue carcere, tam diu asseruare et detinere, donec debitũ hoc ducentorum talerorum integrè persoluat. Quamvis mihil i-
psi Judæo suisq3 successoribus suffragari poterunt, quæuis exceptiones, tam iu-
ridicq3 quam extraiuridicæ, appellationes, prouocationeẽ, iuris remedia et beneficia omnia, legalia impedimenta, Literæ nostræ Moratoriæ, exemptionis ac Salui Conductus, et aliæ quæcunq3. Quibus omnibus tam in genere, quam in specie renunciauit, neq3 se illis omnibus in effugienda debiti istius solutione, vi-
tandoq3 carcere, vel bonorum suorum arestatione impugnanda, vsurum esse submi-
sit, Imo vero pro iure conuicto, se et suos successores in eo negotio, semper et vbiq3 ha-
beri ac reputari vult. Quam suam recognitionem nos suscipi et in Acta Cancellariæ nostræ inseri mandauimus. Decernimusq3 eandem, robur et pondus sum instum et debitum, semper obtinere debere. Atq3 in eius rei fidem sigillum nostrum præsẽ-
tibus est appressum. Actum et Datum Vilnæ die quartadecima Mensis Juny Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero nostri Anno Quinto.

Ad Mandatum Magni Ducis

G. Georgius Komitha villam
suam Skorosze Nobili Paulo
Podstolski obligat.

STephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus hiis literis nostris
quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis
et apud Acta Cancellariæ nostræ, personaliter constitutus, Generosus Georgius
Niemstha de Kirzegzijze, Capitaneus noster Varschouien, à terris, Palatina-
tibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis propriis et
competentibus, recedendo, illisq; renunciando, huic vero nostræ iurisdictioni
quo ad recognitionem suam præsentem, et illius effectum, se cum bonis et succes-
soribus suis incorporando et subjciendo, sanus mente atq; ac corpore existens, vl'
tro, liberè, palam, discretis et expressis verbis recognouit, et hisce literis no-
stris recognouit. Se bona sua hæreditaria, Villam scil Skorosze, in terra et
districtu Varschouiensi sitam, cum omnibus et singulis bonis, agris, pratis, hor-
tis, molendinis, piscinis et fundis, ad eam pertinentibus, fructibusq;, censibus
colonorum laboribus, operibus, emolumentisq; prorsus vniuersis, ex eadem Vil-
la et bonis suis prouenientibus, nullis prorsus exceptis, obligasse, et inuadiasse,
vti quidem et per præsentes literas nostras obligat, inuadiat, et inscribit, Nobi-
li Paulo Podstolski Cubiculario nostro, eiusq; Successoribus, in summa trium
gentorum florenorum pecuniæ cõmunis, quemlibet florenũ triginta grossis Po-
lonicis computando. Et iam ex nunc eidem Paulo Podstolski, et suis succes-
soribus, in ea ipsa bona Villæ Skorosze, dat, et admittit, hic ipse Georgius
Niemstha realem intromissionem, et actualem pacificamq; possessionem, per
Ministerialem terrestrem siue generalem, quemcunq; voluerit, quem etiam nos

ſibi præſentibus ad id adclimus et deputamus, tempore, quo sibi videretur, ap-
prehendendam. Quæ quidem bona omnia, ipse Paulus Podſtolski, et ſui ſucceſſores
à tempore acceptæ in eadem intromiſſionis, modo ac iure obligationis, in ſumma
noningentorum florenor pecuniæ, ad feſtum Nativitatis Domini, in anno præſenti
celebrandum, tenebit, habebit poſſidebit, pacifice, et quiete, ac ijſdem vtetur ac
fruetur. Quod ſi verò tempore eodem, ſumma hæc pecuniæ noningentorum flor
à Georgio Niemſtha, aut ſuis ſucceſſoribus ſibi integrè ſoluta non fuerit, extunc
ab eodem ipſo tempore Nativitatis Domini proximè celebrando, ad aliud hoc
idem feſtum, vertente anno celebrandu: et ab illo rurſus, ad aliud quoq; ſimile Na-
tivitatis Domini feſtum, Et ſic ab anno ad annum, annis et feſtis ſe proximè et
immediatè ſequentibus, vsq; ad exemptionem iſtorum bonorum, ac ſummæ ipsius
noningentorum florr integram ſolutionem. Obligauitq; et inſcripsit, præſentibusq;
literis obligat et inſcribit, idem Georgius Niemſta, ſe et ſuos ſucceſſores, de
et ſuper ommibus bonis ſuis, mobilibus, et immobilibus, hæreditarijs et obligato-
rijs, tam ijs quæ ad præſens habet et poſſidet, quàm quæ poſtmodum quauis ra-
tione et modo habiturus, et acquiſiturus eſſet, nullis prorſus exceptis, in-
tromiſſionem cum poſſeſſione in bona prefata Paulo Podſtolski, et illius ſucceſſoribus
non denegare, datamq; et admiſſam, neq; per ſe, neq; per quaſuis perſonas ſub-
miſſas et inſtructas, impedire, neq; in vſu eorum bonorum ipſum quoquo mode
turbare, inquietare, et moleſtare. Imo vero ipſum et eius ſucceſſores, ab omni
impetitione iuridica et extraiuridica quarumuis perſonarum, tam propinquarum
quam remotarum, cuiuſuis ſortis, loci, dignitatis, et conditionis exiſtentium, vati-
one iſtorum bonorum, tueri, defendere, pro ipsoq; apud quoduis iudicium interce-
dere, ac eundem euincere, ac prorſus hoc nomine indemnem reddere, tutamq;
ſecuram, quietam, ac liberam iſtorum bonorum poſſeſſionem et vſumfructu

ipsi et suis successoribus quoad eadem, istius presentis obligationis authoritate te-
nuerit, prestare et efficere. Preterea bona hec munda et libera facere, ab omnibo
iuribus, obligationibus, inscriptionibus quibuscunq; quibuscunq; tam prioribus quam poste-
rioribus, tam à se, quam à quouis alio quacunq; ex causa, et quocunq; tenore
verborum, apud quascunq; acta iam factis, vel adhuc faciendis. lucris quoq;
perlucris, vadijs et penis, super ijsdem bonis a quocunq; qualitercunq; obte-
tis et lucratis, obtinendisq; et lucrandis. Similiter etiam à processibus qui-
busuis iudiciarijs, a quouis perductis, ac perducendis: et in quocunq; puncto et
gradu iuris consistentibus. Cum etiam citationibus omnibus, concitationibus, ad
citationibus, brachij Regalis minoteschentijs, et alijs quibuscunq; in bona hac impor-
tatis, et importandis. Reformationibus datum ac datariciorum, censuum reem-
ptionalium. Adnitalitatibus etiam super eisdem bonis cuicunq; factis aut fa-
ciendis. Et ab alijs in vniuersum omnibus iuribus, super bona hac cuiuis quo-
modocunq; seruientibus. Hec ipsa autem omnia et singula, obligauit, submisit
se vna cum successoribus suis, de omnibus et singulis bonis supascriptis, tam in toto
quam in minima parte, realiter et in effectu, adimpleturum, seruaturu, facturuq;
sub vadio nouingentorum flor. pecunie cõmunis, ob non adimpletam vnamquãq;
rem et conditionem ex premissis, seorsiue, separatimq; ad soluendũ irremissi-
biliter, Paulo Podstolski et suis successoribus, ab eodem Georgio Niemstha, et
suis successoribus succumbendo. Pro quo vadio siue vadijs, occasione cuiuslibet
rei ex premissis succubito et succubitis, si se hic ipse Georgius Niemstha
aut sui successores, ad instantiam Pauli Podstolski, actit illius successorũ
citare permiserit, ad quoduis Judicium siue terrestre siue Castrense, aut
ad officium Castrense, cuiuscunq; terre et districtus in Regno nostro, re-
cedendo à quouis alio iure, foro, ac iurisdictione sua propria et compe-
tenti, coram illo ipso Judicio aut officio, ad quodcunq; citaretur, cui se

in ea causa, cum bonis et successoribus suis ad respondendum subijcit et incorpo-
rat, in primo citationis termino tanquam peremptorio, quem sibi suisq; successoribus
ipsemet quoq; peremptorium facit, quouis tempore, etiam quo à Judicijs quibus-
uis exercendis ex lege vacari consueuit, stare, comparere, respondere, neque
ab eodem iudicio aut officio recedendo, vadium illud siue vadia, occasione cu-
ius vel quoru citaretur, parata, præsentiq; pecunia, integrè, realiterq;, et cum ef-
fectu Paulo Podstolski, et illius successoribus soluere, et inhibomimus inscriptioni et
obligationi huic suæ, omnibusq; et singulis in ea cõprehensis, sub alio simili et speci-
ali vadio, toties quoties ad soluendum irremissibiliter succumbendo, tenebitur et de-
bebit, suiq; successores tenebuntur ac debebunt. Quinq; primum in ea causa
terminum peremptorium, ac alios etiam quosuis terminos peremptorios, solutionemq;
vadij et vadiorum quorum nomine citaretur, non poterit neq; debebit euadere, aut
saltem differre, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio,
Conuentibus generalibus et particularibus, bellica generali expeditione, hostiumin
Regnum Quod nunquam eueniat) incursione, interregno, aura pestifera; inundatione
aquarum, fractura pontium, legatione, peregrinatione; et alia quauis quacunq; ex cau-
sa absentia sui a Regno, successorum minoreñitate; seruitio militari, et alio quocunq;
nostro et Reipublicæ, tam intra quam extra Regnum nostrum, ac alijs quibusuis
legalibus impedimentis, in Judicijs vulgò vsurpari et admitti etiam solitis. Quibus
omnibus tam in genere quam in specie renunciauit, Ac vna etiam exceptionibus, et
dilationibus quibusuis, motionibus preterea, appellationibus, prouocationibus, ac ad eas-
dem prosequendas citationibus, concitationibus, et adcitationibus. Omnibusq; alijs
vtris subimittit, ac obligat, non euasurum se esse suprascripta omnia, pœna trium si-
ue ter trium marcarum, ac alijs etiam quibusuis pœnis. Domda intromissione, Lite-
ris nostris Regalibus, ac Decretis in similibus negotijs prolatis, sine proferendis.

Statutis et Constitutionibus publicis, in contrarium ædditis, ac postmodum edendis Consuetudinibus quoq; nouis et antiquis. Ad quietationem quoq; ex inscriptione præsenti vel aliqua illius conditione, dilationem sibi dari, ad quæuis alia acta, præter ipsius Judicij aut officij, ad quod citabitur, non petiturum. Inscriptionihuic, et ad eam emanatæ citationi, iurisq; processui nullos defectus, vicia, ac illegalitatem es se obiecturum, Neq; quicquam ommino sibi in subsidium causæ istius esse assumpturum, quod arte, ingenio, industriaq; humana cõminisci et excogitari queat. Si quid vero secus ab illo aliquando factum fuerit, eo ipso totam causam suam perdet, ona cum suis effectibus suis. Nulla in præmissis omnibus et singulis, præscriptione terrestri ac temporis diuturnitate obstante. Quam quidem recognitionem, vt pote legitime factam, nos suscipi, et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq; eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in stationibus nostris ad Lagum Sezijduthij, feria sexta ante festum Dnicæ Margarethæ proxima. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Regni vero nostri anno Quinto.

Ad tho Magnifici vt sup.

Limitatio cad inter Nos Fi, datorem et Kobilnicenses.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus hiis literis vp. nostris, quorum interest vniuersis et singulis, earum noticiam habituris.

523 258

Quia nos causam et actionem, inter Instigatorem nostrum, ex delatione Gene-
rosi Floriani Thrambski de Kosciowo, Capitanei nostri Giechanouiensis
ex vna, et Generosos, Felicem, Joannem, et Martinum Kobilniczkie, Generosio-
lim Stanislai Kobilniczki, Vexilliferi Falcouiensis, et Cemtarij Przasnisen-
sis, filios, ex altera partibus, occasione cuiusdam mali processus iudiciary, sup-
ytso Floriano Thrambski, a memoratis Kobilniczkie, nomine violenta expulsi-
oms sui de Temta Przasnisensi, apud iudicia Ordinaria Tribunalis Regni Pe-
tricouia perducti, ex citatione nostra, ad nos et iudicium nostrū denolutam,
motu et authoritate nostra Regia, eò quòd ad praesens, ob bellicas nostras
occupationes, decidi à nobis minime posset, ad aliud cōmodius tempus reiici-
endam, limitandam, ac proferendam, esse duximus, vtiquidem per praesentes
literas nostras, reijcimus, limitamus, ac proferimus, ad hoc idem tempus, ad quod
caetera omnes causae post Curiam nostram tendentes, Varschouiae die sedeci-
ma Mensis Februarij proxime praeteriti, à nobis limitata sunt, ad tri-
simam nimirum diem post felicem nostrum ex hoc praesenti bello, ad Regnum
nostrum Poloniae reditum. Quo quidem tempore, partes suprascriptae, habitu-
rae sunt coram nobis, iudicioq3 nostro Regio, in causa memorata, terminum cun-
dem, quem ad praesens habuerūt, habereq3 ex praescripto citationum debuerūt:
Nullius partiū iure laeso, imo saluo, inq3 suo robore ac vigore manente.
Atq3 in eius rei fidem, sigillum nostrum praesentibus est appressum. Da-
ctum et Datum ad Lagum Sedyduchy die Vndecima Mensis Julij.
Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero
nostri Anno Quinto.

Voltio Mager. m. p.

Jacobus Swiezowski frater in locum
suum surrogat vigor Plenipo
tentiæ ei. concessæ.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Nobilis Jacobus Swiezowski, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscuis suis propriis et competentibus recedendo, ac illis renunciando, huic vero nostræ, quo ad recognitionem suam præsentem et illius effectum, se cum bonis et successoribus suis incorporando, vltrò, liberè, patam, ac disertis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Se vigore mandati et plenipotentiæ, sibi à Nobilibus Christophoro Arcerio nostro Alberto, Paulo, et Petro, Swiezowskiis fratribus suis germanis, datæ, atq; apud acta Conuentionalia Varschouiensia, in proximis Varschouiensibus Comitijs Regni, recognitæ, in suum locũ surrogare ac substituere, substituereque Nobilem Petrum Swiezowskii, fratrem suum germanũ, vti quidem iam hisce literis nostris, surrogat, substituit, ac eidem eam potestatem et facultatem impartitur, quæ sibi ab ipsis fratribus suis concessa quoq; fuit, ad agenda conficiendaq; omnia ea, quæ ab ijsdem fratribus suis, sibi etiam demandata commissaq; fuerãt. Ad tollendas minimũ et repetendas summas quasuis pecuniarias, sibi et memoratis fratribus suis, a quocũq; et quomodocunq; debitas. Nec non ad quietationes, de perceptis et leuatis hisce pecunijs, faciendas. Actiones quoq; et causas quasuis in iudicijs et officijs quibuscuis tam sibi a quocunq;, quam etiam ab ipsis

525 209

cuicunq3 rerum ac negociarū omnium et singularū, iam institutas et inchoatas, et in quouis puncto et gradu iuris consistentes, vel etiam postmodum instituendas ac inchoandas, prosequendas, continuandas, determinandas, ac ad finem debitum perducendas. Omniaq3 et singula sibi comissa, authoritate Plenipotē, tiæ suæ sibi datæ, nomine et loco sui, agenda, conficiēda, ac constituenda, Promittens ac suscipiens se, una cum memoratis cæteris fratribus suis, rata et grata esse habiturum, illa omnia, quæcunq3 ab eodem substituto suo Petro Swiegowski vigore præsentis mandati, in præmissis omnibus, actum, gestum, et constitutum fuerit, Quam recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nræ inscribi mandamus. Statuimusq3 illam robur sum iustum, obtinere semper et vbiq3 debere. Atq3 in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum ad Tagum Sczyduthij die Vndecima Mensis Julij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Regni vero nostri Anno quinto.

Dorsalia ut supra.

Facultas debiti exigēdi d. Le
wanowski data Supraeski.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris: Quòd coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constituti, Generosi Joannes, Andreas, et Jacobus Potocz Szczyduthij fratres, germani, aterris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus, recedentes, huic vero nostræ, quò

ad recognitionem suam præsentem et illius effectum, se cum bonis, et succes̄oribus suis incorporantes et subijcientes, vltrò, libere, palam, distinctis q3 verbis recognouerunt, et quisq3 eorum recognouit. De suo, et Generosorum Nicolai et Stephani Lotoczkich, fratrum suorum germanorum minorennium, (pro quorum ratihabitione solenniter caueriit, et præsentibus cauent) nominibus, dedisse et concessisse, vti quidem et præsentibus literis nostris, dant, et concedunt plenam et integram potestatem et facultatem Nobili Stanislao Stupczki, repetendi, exigendiq3 certi debiti, à Nobili Sczepanowski Judiciarijq3 processus, eidem nomine ipsorum, istius debiti causa, apud Judicium suæ officium Castrense Nouæ Ciuitatis Korczyn, instituti, et in quouis puncto, et gradu iuris consistentis, continuandi, ac ad finem vsq3 debitum perducendi. De soluto eodem debito, si solutum integrè ab eodem fuerit, ipsum Sczepanowski quietandi, ac processum ipsum iuridicū, istius rei gratia perducti, et quasuis inscriptiones et obligationes, eiusdem debiti, cassandi, et in nihilum redigendi, Omniaq3 alia in eodem negotio, quoquo modo necessaria ac opportuna, faciendi, agendi, tractandi, et conficiendi, In locum sum, si res poposcerit, alium Plenipotentem cum simili vel minori potestate substituendi, eundemq3 rursus reuocandi. Obligauerunt q3 et hisce literis obligant, se fratresq3 suos præfatos minorēnes, suosq3 et eorum successores, rata et grata omnia ea esse habituros, sancteq3 semper seruaturos, neq3 ijsdem quoquomodo contrauenturos, aut illa in dubium vocaturos aut improbaturos, quæcunq3 ab eodem suo mandatario Stanislao Stupczki siue suo substituto, in præmissis, acta, gesta, et facta, vigore istius Plenipotentiæ, fuerint. Quam recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ referri mandauimus: eandemq3

robur suum debitum obtinere debere decernimus. Atque in eius rei fidem, sigil-
lum nostrum presentibus est appressum. Actum et Datum in Stationibus no-
stris ad Lagum Sedyduthy. Sabbato post festum Diuisionis Apostolorum pro-
xime. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Et Regni
vero nostri Anno Quinto.

Poltio Plagel 2c vt supra.

Julianus Wegorzewski fri suo
dat facultatem levandi ab Alb.
Mielzinski debiti.

5.11. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ. 2c Significamus his literis nostris;
quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram no-
bis et Actis Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis Julianus
Wegorzowski, á terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus
quibuscuis suis proprijs et competentibus recedendo, huic vero nostræ iurisdicti-
oni, quò ad recognitionem suam præsentem, et illius effectum, se cum bonis et suc-
cessoribus suis, incorporando et subijciendo, vltrò, liberè, palam, distinctis
verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Se Nobili Ven-
ceslao Wegorzowski fratri suo, dedisse et concessisse, (vti quidem et presè;
tibus literis, dat et concedit) plenam, integram, et absolutam potestatem, le-
uandi, percipiendiq; debiti, mille florenorum pecuniæ communis quemlibet
florenum per triginta grossos Polonicos computando, a Nobili Alberto Miel-
zinski Nobilis olim Alberti Mielzinski filio, apud se contracti, et in
Actis Castrensibus Posnanien sibus inscripti. Quibusdem quoq; Alberti Miel-

Zinski, et illius successorum, de soluto hoc ipso debito, apud Acta quorumuis authē-
tica, nomine suo quietandi, ac inscriptionis memoratæ Castrensis Posnaniensis ē
cassandæ, et in nihilum redigendæ. Nec non omnium et singulorum, eodem in
negotio quomis modo necessariorum, agendorū et consuiendorum. Obliganitq3
ac presentibus obligat, se et suos successores, de omnibus et singulis bonis su-
is hereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus, tam ijs quæ ad presens
habet et possidet, quam quæ etiam postmodum habiturus, et acquisiturus esset,
se quietationem hanc, de pecunia superius memorata, Nobilis Alberti Zlet-
zinski, cassationemq3 ipsius inscriptionis Castrensis Posnaniensis, sibi ab eo-
dem Alberto Zlietzinski, super hoc ipsum debitum factæ, a memorato fra-
tre suo Venceslao, authoritate presentis Plenipotentiæ, apud quoduis Acta
authentica, factum, tum et alia quoq3 omnia eodem in negotio ab ipso quomo-
libet facta et constituta, rata, et grata esse habiturum, eademq3 perinde
ductuvum, ac si ab ipsomet solo facta constitutaq3 essent. Quam vero
gnitionem nos suscepimus, et in Acta Cancellariæ nostræ inscribere mandauimus.
Decernimusq3 eandem robur summ iustum semper obtinere debere. Atq3 in
eius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appressū. Actum et
Datum in stationibus nostris, ad Pagum Sedyduthij, feria secunda, ante festū
Dnæ Mariæ Magdalenæ proxima. Anno Domini Millesimo, Quin-
gentesimo, Octuagesimo. Regni vero nostri Anno Quinto.

Woltio Magoi rd vt sup.

Cancellaria Matthiæ
Zaroseka.

529 264

Vp.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus his literis nostris, quo-
rum interest, vniuersis et singulis, eorum noticiam habituris. Quod coram nobis
et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis Balthasar Fa-
wischa de Drwalowiecz, de Districtu Czernensi, a terris Palatinatibus, di-
strictibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscuis suis proprijs et competentibus re-
cedendo, illis q̄ renunciando, huic vero nostræ iurisdictioni, quò ad recognitionem su-
am præsentem, et illius effectum, se cum bonis et successoribus suis incorporando et subij-
ciendo, sanus mente æquè ac corpore existens, vltrò, liberè, palam, disertis et expres-
sis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Se bona sua hæreditaria,
sortem vz̄t Villæ Drwalowiecz, ad se post mortem matris suæ, Nobilis olim Do-
rotheæ Wolska, Nobilis olim Joannis Wolski de Wola Lissowska filiæ, iure he-
reditario deuolutam, cum omnibus et singulis bonis, ad eandem sortem pertinentibus.
Nec non fructibus, prouentibus, et emolumentis omnibus ex eadem sorte bonorū præ-
fatorum prouenientibus, nullis prorsus exceptis, Nobili Mathæo Fawischa de ea-
dem Drwalowiecz, patri suo legitimo, arendasse, et in arendam locasse, vti quidē
et præsentibus literis arendat, a festo Diui Joannis Baptistæ proximè præterito,
ad trium annorum se proximè immediatè q̄ sequentium, inq̄ anno Domini Millesi-
mo Quingentesimo Octuagesimo tertio, pro eodem festo Diui Joannis Baptistæ
determinandorum, decursum, pro certa pecuniæ summa, integrè iam ab eodem patre
suo accepta, De qua eundem ac suos successores quietauit, et liberum pronūcia-
uit, per præsentes q̄ quietat, ac liberum pronunciat, sibiq̄ et suis successoribus
illius nomine silentium perpetuum imponit. Quæquidem bona suprascripta cū
cum omnibus eorum fructibus, prouentibus, et emolumentis memoratus Mathæ-
us Fawischa, nomine et authoritate istius præsentis inscriptionis arendato;

ria, ad decursum temporis suprascripti, pacifice, et quiete, tenebit, habebit, possidebit, illisq; utetur ac fruetur, sine impedimento eiusdem Balthasaris filij sui ac suorum successorum. Et iam ex nunc idem Balthasar, dedit et admisit, praesentibusq; dat ac admittit, praefato patri suo, in bona comemorata à se eidem arendata, realem intromissionem, et actualem pacificumq; possessionem, per mimisterialem suie terrestrem suie generalem quemuis, quem sibi eam ad rem praesentibus addimus et deputamus, tempore quocunq; apprehendendam. Obligauitq; et inscripsit, ac praesentibus obligat et inscribit, se et suos successores, de eisdem, ac alijs etiam quibuscunq; bonis suis mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quae ad praesens habet et possidet, quam quae postmodum habiturus possessurusq; est, se una cum successoribus suis, memoratum patrem suum, in pacifica possessione et libero usufructu, bonorum suorum praefatorum, illi à se arendatorum, ad spacium temporis supra scripti non esse quouis modo, nec per se, nec per submissas personas impediturum. Apud eadem quoq; Acta Cancellariae nostrae, personaliter stans praefatus Nobilis Balthasus Fauischa, à quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti recedendo, ac illi per expressum renunciando, huic verò nostrae quò ad negotium praesens, se cum bonis et successoribus suis incorporando, ultrò, liberè, palamq; recognouit, se bona suprascripta, ita uti superius habetur, arendasse, neq; alio quouis iure, sed nomine tantum arendae eadem tenere ac possidere, ad tempus superius praefixum; quo finito et elapso, siue etiam post mortem suam, quamuis non esset finitum tempus illud, liberum, licitumq; erit, toties memorato Balthasaro Fauischa, filio suo, suisq; successoribus, sine suo vel suorum successorũ quouis impedimento et contradictione, in eadem bona, uti sua propria et hereditaria inquitare, eademq;

tenere et possidere: per quod nullam violentiam cõmissse, censendus erit. Obligauitq; ac inscripsit, idem Matheus Jawischa se et suos successores, et presentibus obligat et inscribit, de omnibus ac singulis bonis suis hæreditarijs ac obligatorijs, mobilibus et immobilibus, habitisq; et habendis, memoratam inequitationem in bona ea filio suo præfato, se non esse denegaturu, aut prohibiturum, Neq; vltrà spatium trium annorũ possessionem et vsum eorundem bonorum sibi esse vsurpaturu. Quæ quidem omnia suprascripta, partes ipsæ vtringq; obligauerunt, promiserunt, et inscripserunt, se esse seruaturas, adimpleturas, et præstaturas, tam in toto, quã in minima parte, sub damnis terrestribus. Quam vero recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq; eandem, et ota in illa comprehensa robur et pondus suum iustum et debitum obtinere debere. Vtq; in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Stationibus nostris ad Pagum Scsijduthij, feria secunda ante festum Diuæ Mariæ Magdalenæ proxima. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero nostri Anno quinto.

Poltio Magdeburgensi vt supra.

Matheus Jawischa filius suus debitã inscribit.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus hijs literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis Matheus Jawischa de Drwalowiecz, districtus Gernensis nicola, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis

ſuis propriis et competentibus recedendo, illiq; renunciando, huic vero noſtræ iu-
riſdictioni, quoad recognitionem ſuam præſentem, et illius effectum, ſe cum bonis et
ſucceſſoribus ſuis incorporando et ſubijciendo, ſanus mente atque ac corpore exiſtes,
voluntè, liberè, palam, diſertis et expreſſis verbis recognouit, et hiſce literis noſtris
recognoſcit, Debere teneriq; ſe et ſuos ſucceſſores, Nobili Balthaſaro Zanvi,
ſcha, filio ſuo, et ipſius ſucceſſoribus, certi, veri, et liquidi debiti, mutuoq; acce-
ptæ ac manu leuatæ pecuniæ, proprio labore ac ſeruicio militari in exercitu no-
ſtro ab eodem filio ſuo parte ſummam centum et quinquaginta florenorū, quemli-
bet florenum, triginta groſſis computando. Eandemq; pecuniæ ſummam, totam et
integram, de et ſuper ommibus bonis ſuis mobilibus et immobilibus, hæreditarijs
et obligatorijs, tam ijs quæ nunc habet et poſſidet, quamquæ poſtmodum qua-
uis iuris ratione haberet, poſſideret, et acquiſiturus eſſet, nullis prorſus excep-
ptis, obligauit, ſubmiſit, et inſcripſit, præſentibusq; obligat, ſubmittit, ac inſcri-
bit, ſe eidem et ſuis ſucceſſoribus, quandocunq; ipſe aut ſui ſuccſſores voluerint,
et eius rei nomine ipſum requiſierit, quouis tempore, realiter et cum effectu,
parata præſentiq; pecunia, accepta ab eodem ſufficienti quietatione, in manus
ipſius aut ſucceſſorum ſuorum, dare, tradere, et numerare, ſine quauis tergiuer-
ſatione, exceptione, ac dilatione. Quod ſi vero, Deo ita volente, ſe primū
ex hac vita migrare contigerit, quàm memoratus filius ſuus Balthaſar, vel
ſucceſſores ſui, aut quiuis alius nus condeſcensum debiti ijſtius ab eo habēs
ſummam hanc debiti à ſe repetierit, et acceperit, bona ſua omnia mobilia
et immobilia, quæcunq; à ſe ſucceſſoribus ſuis relicta fuerint, in qui-
bus debitum hoc inſcribit, obligat et aſſecurat, idem Balthaſar, aut ſui

ſucceſſoreꝫ, vel iis condeſcensum eiſdem debiti ab eo habens, vigore præſentis in-
ſcriptionis in ſumma hac capiet, nigz ea ſe per miniſterialem quemuis (quem
etiam nos ſibi eam ad rem per præſentes addimus) nitromittet, ac ea tenebit,
habebit, poſſidebitqz, cum omni iure, et toto dominio, pacifice et quiete, vsqz dū
ſibi ſumma præfata à ſucceſſoribus Dñi Mathei Fauiſcha, omnibus iis et ni-
tereſſe aliquod ad bona hæc habentibus, integrè, realiterqz et cum effectu
ſoluta ac numerata fuerit. Antequam autem ſibi ſoluatur, non poterit negz
debebit, ab eorum bonorum poſſeſſione et vſufructu per ſucceſſores ſuos quo-
modo reijci et remoueri, imo vero in pacifica eorum poſſeſſione et vſu ſemper cō-
ſeruari. Quæ omnia ſupraſcripta ſubmiſit et obligauit, ſe et ſuos ſucceſſoreꝫ,
omnes, de omnibus et ſingulis bonis ſuis ſupraſcriptis, idem Dñi Mathæus Fauiſ-
cha cum ſuccessoribus ſuis, realiter et cum effectu, præſtaturum, adimpleturumqz,
ſub vadio centum et quinquaginta florenorum, pecuniæ cōmunis, à ſe vel ſuis
ſucceſſoribus, in caſu non ſatisfactionis, alicui rei ex premiſſis, Balthaſaro Fa-
uiſcha et ſuis ſucceſſoribus, aut ius condeſcensum habenti, ad ſoluendum irre-
miſſibiliter ſuccumbendo. Proquo vadio ſiue vadijs, ad eum modum ſuccubitis,
ſi ſe idem Dñi Mathæus aut ſui ſucceſſores, Balthaſaro, vel ſuis ſucceſſoribus,
iusqz condeſcensum ab eo habenti, citare permiſerit, ad quodcunqz iudicium ſi-
ue terreſtre ſiue Caſtrenſe, aut ad officium quoqz Caſtrenſe, cuiuſcunqz ter-
ræ et Diſtrictus in Regno noſtro, ex tunc recedendo à quouis alio iure, foro,
ac iuriſdictione ſua propria et competenti, coram illo ipſo iudicio aut officio
ad quodcunqz citaretur, cui ſe in ea cauſa cum bonis et ſucceſſoribus ſuis
ad respondendum ſubjecit et incorporat, in primo citationis termino, tā-

quam peremptorio, quem sibi suisq3 successoribus ipsemet quoq3 peremptorium fa-
cit, quouis tempore, etiam quò à iudicijs quibuscunq3 exercendis ex lege vacare
consuemit, stare, comparere, respondere, neq3 ab eodem iudicio aut officio recedendo,
do, vadium illud siue vadia, occasione cuius vel quorum citaretur, parata pre-
sentiq3 pecunia, integrè, realiterq3 et cum effectu Baltsasaro, et illius succes-sori-
bus, siue eius condescensum ab eo habenti, soluere, et nihilominus inscriptionem et
obligationem huic suæ, omnibusq3 et singulis in ea comprehensis, sub alio simili et
speciali vadio, totiés quotiés ad soluendum irremissibiliter succumbendo, tenebi-
tur et debebit, suiq3 successores tenebuntur ac debebunt. Cumq3 primum in ea can-
sa terminum peremptorium, ac alios etiam quoscunq3 terminos peremptorios, soluto
nemq3 vadij et vadiorum, quorum nomine citaretur, non poterit neq3 debebit ena-
dere, aut saltem differre, Vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bel-
lo, colloquio, Conuentibus generalibus et particularibus, bellica generali ex-
peditione, hostium in Regnum, (quod nunquam eueniat) incursione, interregno
aura pestifera, inundatione aquarum, tractura pontium, legatione: peregrina-
tione: et alia quauis quacunq3 ex causa absentia sui a Regno, successorum mino-
ritate, seruicio militari, et alio quocunq3 nostro et Reipublicæ, tam in-
tra quàm extra Regnum nostrum, ac alijs quibuscunq3 legalibus impedimentis
in iudicijs vulgò vsurpari et admitti etiam solitis. Quibus omnibus tam
in genere quam in specie renunciauit. Ac vna etiam exceptionibus, et dila-
tionibus, quibuscunq3 motionibus praterea, appellationibus, prouocationibus,
ac ad easdem prosequendas citationibus, concitationibus, et adcitationi-
bus. Omnibusq3 alijs remedijs et beneficijs iuris. Subiecit quoq3
se et suos successores, ac hisce literis nostris submittit ac obligat,

535
264

non euasurum se esse suprascripta omnia, pœna trium siue ter trium marcarum
ac alijs etiam quibuscuis pœnis. Donda intromissione. Literis nostris Regali-
bus ac Decretis in similibus negocijs prolatis siue proferendis, Statutis et
Constitutionibus publicis in contrarium editis, ac posthodum edendis. Consue-
tudinibus quoq; nouis et antiquis. Ac quietationem quoq; ex inscriptione
presenti, vel aliqua illius conditione dilationem sibi dari ad quoruis alia acta
preter ipsius judicij aut officij ad quod citabitur, no petiturum. Inscriptioni huic
et ad eam emanatæ citationi, iurisq; processui, nullos defectus, vicia, ac ille-
galitatem esse obiecturum. Neq; quicquam omnino sibi in subsidium cause
istius esse assumpturum, quod arte, ingenio, industriaq; humana cõminisci
et excogitari queat, Si quid vero secus ab illo aliquando factum fuerit,
eo ipso totam causam suam perdet, una cum successoribus suis, Nulla in
præmissis omnibus et singulis præscriptione terrestri ac temporis diu-
turnitate obstante. Quam quidem recognitionem, vt pote legitimè factam, nos
suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ inscribi mandamus. Decernimusq;
eandem robur et pondus summ iustum et debitum semper obtinere debere.
Atq; in eius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Da-
tum et Datum in Statuis nostris ad Pagum Sessij dutbij, feria secunda
ante festum Diuæ Mariæ Magdalenæ pxia. Anno Domini Millesimo Qui-
gentesimo. Octuagesimo. Regni vero nostri Anno Quinto.

Relatio Magci ac et sup

Georgius Stessinski qui
tatur.

S.m. STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus hisce literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constituti Nobilis Albertus Lewkowski, a terris, Palatinatibus districtibus vtre, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis proprijs et competentibus recedendo illisq; renunciando, huic vero nostræ iurisdictioni, quò ad recognitionem sua, am præsentem, et illius effectum, se cum bonis et successoribus suis incorpo, rando et subijciendo, sanus mente eque ac corpore existens, ultrò, liberè, pa, lam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris re, cognoscit. Soluisse numerasseq; sibi, plenè, integrè, realiterq; et cum effe, ctu Nobilem Georgium Slesinski trecentos florenos pecuniæ cõmunis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis vsitatis computando, debiti apud se, per Nobilem Sbigneum Slesinski ipsius Georgij patruum, contra, cti, atq; apud Acta Castrensia Crasnostauiensia, recogniti. De qua quidẽ summa trecentorum florenorum, ad eum modum sibi soluta, eundem Geor, gium Slesinski et illius successores perpetuò quietat, liberumq;, imu, nem et absolutum facit et pronunciat. Atq; ius omne et integrum, quod sibi suisq; successoribus, ad hoc idem debitum competebat, vnà cum eodem debito, tum et inscriptionem quoq; ipsam Castrensem Crasnostauiensem sibi à memorato Sbigneo ratione istius debiti factam, in eundem Ge, orgium Slesinski, et suos successores transfert, transportat, trans, fundit, ac de eodem cedit. Nihil amplius, iuris, dominij, proprietatis et propinquitatis sibi et suis successoribus amplius reseruando. Quam suam recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nræ

inscribi mandauimus. Decernimusq; eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. In cuius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Statuis ad Lagum Sessionis feria tercia ante festum Visitationis Marie Magdalene proxima. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Regni vero nostri Anno Quinto.

De Ulo Magnifici vot sup.

Pro Egidio Ioannis Pudlowski
de rota certa summa
Cracouiensi soluenda

Stephanus Dei gratia REX Polonie ac Significamus hiis literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellarie nostre personaliter constitutus Generosus Ioannes Pudlowski Secretarius noster, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus recedendo, illisq; renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cum bonis, et successoribus suis incorporando et subijciendo, sanus mente atque ac corpore existens, ultro, libere, palam, diserte et expresis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia ille quorundam officiorum, sibi ab Honorabili Martino

Kendzierzinski, Altarista Altaris tituli Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ in Ecclesia Parochiali Ochacouiensi, exhibitorid ratione submisit et obligauit, vtiquidem et per praesentes literas nostras submittit obligat, et inscribit, de omnibus et singulis bonis suis, hæreditarys et obligatorys, mobilibus et immobilibus, tam iys quæ ad presens habet et possidet, quam quæ posthmodum quauis iuris ratione et modo, habiturus, possessurus et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, se vna cum successoribus suis, quos etiam ad id obligat, memorato Honorabili Martino Kendzierzinski, quoad inhumanis aget, singulis annis pro festo Diuæ Helizabethæ in Mense Nouembre celebrari solito, viginti florenos pecuniæ communis quemlibet florenum triginta grossis Polonicis vsitatis computando, esse soluturum, numeraturum, atq; ad manus suas propias per familiarem siue seruitorem suum transmissurum, sub damnis terrestribus, ad simplicem verbi assertionem absq; corporali iuramento, taxandas, per ipsum Joannem Pudtowski, aut illius hæredes, qui mirum in bona quæuis sua, tam mobilia quam immobilia, à morte sua relicta succeserint, in casu non solutionis memoratæ pensionis viginti florenorum pro tempore præfixo, ad soluendum irremissibiliter præfato Honorabili Martino Kendzierzinski succumbendis. Pro quibus damnis, ac pensione quoq; illa solui neglecta, si se idem Joannes Pudtowski, aut sui successores, ad instantiam Martini Kendzierzinski citare permiserit, ad quodvis iudicium siue terrestre siue Castrense, aut ad officium quoq; Castrense, cuiuscunq; terræ et districtus in Regno nostro, ex tunc recedendo, ab alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti, cui ratione quorumuis bonorum

ſuorum ſubeſſet, coram illo ipſo Judicio vel officio, ad quodcunq; ex premiſſis
ſib citarentur, cuiſe et ſuas ſucceſſores in ea cauſa ad reſſpondendum ſubijcit et
incorporat, in primo citationis iſtius termino, vltimo peremptorio, (quem etiam
ſibi et ſuis ſucceſſoribus ipſemet in cauſa hac peremptorium facit) quouis
tempore, etiam quo à iudicijs ex legibus ceſſari ſolet, ſtare, comparere, reſpo-
dere, neq; ab eodem Judicio vel officio recedendo, damna illa, quorum nomine
citatus eſſet, vna cum retenta viginti flor. penſione, parata preſentiq; pecunia,
realiter et in effectu, ſoluere et reponere, ſub alijs ſimilibus, et ſeparatis da-
mnis, totiés quotiés ad ſoluendum ſuccumbendis, tenebitur et debebit, ſuiq; ſuc-
ceſſores tenebuntur et debebunt. Ipſum vero primum terminum peremptorium
ac alios etiam in ea cauſa terminos quoſuis etiam peremptorios, ſolutione neq; da-
mnorum, et penſionis etiã retentæ, non poterit neq; debebit euadere, vera aut
ſimplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, conuentibus gene-
ralibus et particularibus, bellica generali expeditione, hoſtium in Regnũ
(quod nunquam euenat) incurſione, interregno, aura peſtifera, mundatione
aquarum: fractura pontium; legationis: peregrinatione: et alia quauis, quacũ
que ex cauſa abſentia ſui a Regno: ſucceſſorum minorenitate: ſeruitio militari:
et alio quocunq; noſtro et Reipublicæ, tam intra quam extra Regnum noſtrũ,
ac alijs quibuſuis legalibus impedimentis, in iudicijs vulgò obſurpari et ad-
mitti etiam ſolitis. Quibus omnibus tam in genere quam in ſpecie renũciauit.
Ac vna etiam exceptionibus et dilationibus quibuſuis, motionibus preterea,
appellationibus, prouocationibus, ac ad eaſdem proſequendas citationibus,
concitationibus, et adcitationibus. Omnibusq; alijs remedijs et bene-
ficijs iuris. Submiſit quoq; ſe et ſuos ſuccſores, ac hiſce literis

nostris submittit, ac obligat, non euasurum se esse suprascripta omnia, pœnas
trium suie tertium marcarū, ac alijs etiam quibuscuis pœnis. Danda mtroms
sione, literis nostris Regalibus, ac Decretis in similibus negotijs prola
tis siue proferendis. Statutis et Constitutionibus publicis in contrarium ce
ditis ac postmodum edendis. Consuetudinibus quoq; notis et antiquis. Ad
quietationem quoq; ex inscriptione præsenti, vel aliqua illius conditione
dilationem sibi dari, ad quascuis alia acta, præter ipsius iudicij aut officij
ad quod citabitur, non petiturum. Inscriptioni huic et ad eam emanatæ ci
tationi, iurisq; processui, nullos defectus, vicia ac illegalitatem, esse obie
cturum. Neq; quicquam omnino sibi in subsidium causæ istius esse assumptu
rum, quod arte, ingenio, industriaq; humana cōminisci et excogitari que
at, Si quid vero secus ab illo aliquando factum fuerit, eo ipso totam
causam suam perdet una cum successoribus suis. Nulla in præmissis omni
bus et singulis præscriptione terrestri ac temporis diuturnitate obstante.
Quam quidem recognitionem, vt pote legitimè factam, nos suscipi, et in acta
Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Determinusq; eandem robur
et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atq; in
eius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et
Datum in Statuis ad Pagum Sᵉ Jjduthj, feria tertia ante festum Diuæ
Mariæ Magdalenæ proxima. Anno Dominj. Millesimo, Quingen
tesimo, Octuagesimo, Regni vero nostri Anno Quinto.

Rᵗᵘˢ Dⁿˢ Legᵗⁱ ad vt sup

Limitatis causa inter Ms Hya
torn et Homilan Ferretta.

541 265

Vrp.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quia nos causam et actionem inter Instigatorem nostrum ex delatione Blagei Jacobi Rokossowski Regni nostri Thesaurarij Ruthenie Cracouien &c Theloneorum nostrorum per Minorem et Maiorem Poloniam Prefecti, et Nobilem Homilam Nobilis olim Alberti Goreczki relictam viduam, occasione uen solutionis, à prefato Nobili olim Alberto Goreczki certe summe pecuniarie, memorato Regni nostri Thesaurario, ratione arendarum certarum Camerarum Thelonei minoris Polonie, iuxta co tractum inter eundem Regni Thesaurarium et prefatum Albertum Goreczki initum, debite, ad nos et iudicium nostrum deuolutam, eo quod ad presens a nobis propter maiora et grauiora Reipublice negotia, maxime vero bellicam expeditionem, cognosci no poterat, ad aliud liberius tempus, limitandam, et differendam duximus, vtiquidem per presentes literas, motu nostro proprio limitamus et prorogamus, ad feriam secundam post festum Diui Martini Episcopi et Confessoris nunc iminens proximam. Quo tempore habiture sunt coram nobis, iudicioque nostro Regio, partes suprascripte, in causa memorata terminum eundem, quem ad presens habuerunt, vel habere merito debuerunt. Iuribus vtriusque partis interea temporis saluis ac illesis manentibus. Quod in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum. Actum et Datum in Statuis Exercitus nostri ad Witepskum die Vigesima octaua Mensis Julij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo Regni vero nostri Anno Quinto.

Limitacio causa Rolthi Blagei vt vt supra.
inter Instigatorem et Dembienski.

STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus hiis literis no
stris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quia
nos causam et actionem inter Instigatorem nostrũ, et Generosum Stanislaum
Dembienski de Dembiany Capitaneum Chenczinensem, occasione damnorũ
per eundem Stanislaum Dembienski, per violentam et temerariã tempo
re interregni occupationem, bonorum nostrorum Regalium, Siroslauiæ mu
cupatorum, nobis et fisco nostro illatorũ, ad nos et iudicium nostrum de
uolutam, eò quòd ad præsens, à nobis propter maiora et grauiora Reipu
blicæ negotia, maximè vero bellicam expeditionem, cognosci non poterat,
ad aliud liberius tempus limitandam, et differendam duximus, vtiquidem per
præsentes literas, motu nostro proprio limitamus et prorogamus, ad feriam se
cundam post festum Diui Martini Episcopi et Confessoris nunc imminen
proximam. Quo tempore habituræ sunt coram nobis iudicio nostro Re
gio partes suprascriptæ in causa memorata terminum eundem, quem ad
præsens habuerunt, vel habere meritò debuerunt. Iuribus vtriusque
partis interea temporis saluis ac illæsis manentibus. Vtq; in eius rei fidem
sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Statibus
Exercitus nostri ad Witepsk dicta Vigesima octaua Mensis Julij. An
no Domini. Millesimo Quingentesimo Octuagesimo. Regni vero nostri
Anno Quinto.

Ad mandatum Regiæ Mtis Supra

543 ~~268~~

Transportatis inscriptionis super bona Russieu
Drużkowska et Strubinska per Stan. Zu
Gidowski.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris,
quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod
coram nobis et Actis Cancellarie nostre personaliter constitutus, Generosus Andreas Febr Jydowski Pocillator noster, à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq suis proprijs et competentibus recedendo, illisq renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, quoad recognitionem suam presentem et illius effectum se cum bonis et successoribus suis, incorporando et subijciendo, sanus mente æquè ac corpore existens, pltrò, liberè, palam, distertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognouit. Quia inscriptionem suam castrensem Sandomiriensem Illustri et Magnifice Heduigi de Thenczyn matri suæ bona infrascripta sua hereditaria ad vitam illius inscripsit, inhærendo obligationi suæ, de transportanda eadem inscriptione ex illis Actis, ad quæuis alia authentica, vim perpetuitatis habentia, factæ, cuadendoq vadium hoc nomine interpositum, ad acta Cancellarie nostre transtulit et transportauit, vti quidem per presentes literas nostras transfert et transportat. Cuius quidem inscriptionis, coram nobis authentice productæ, tenor de verbo ad verbum fuit iste. Comparens personaliter coram officio, et Actis præsentibus Castren Sandomirien Generosus Andreas Febr Jydowski de Wieyborki, Pocilator Sac Regie Dcis Recedendo ab omnibus terris, districtibus, juri-

bus q̄ qmbusmis suis proprijs, et se successores q̄ suos, ac bona sua omnia huic
iurisdition̄, quoad infractos. attin̄et, incorporan̄, et ad respondendum subijcien
liberè, publicè, et per expressum recognouit. Quia omnia et singula
bona sua hæreditaria Villarum Rusiecz, Wiązowa Wola, Strubin, ac alia
omnia bona ad id ex antiquo pertinentia, in Palatinatu Sradiensi, tum
et Germicze wielqié, ac alia omnia ad id ex antiquo pertinen̄ in terra
Wielunen̄ consisten̄. Cum omnibus et singulis eorundem bonorum seu
Villarum prædictarum fructibus, prouentibus, attinen̄ obuentionibus q̄
vniuersis, nec non agris, pratis hortis, stagnis, piscinis, molendinis, laru-
bus, syluis, gayis, indaginibus, rubetis, prædijs ac bonis mobilibus, ner
non cum omni iure, dominio ac proprietate, in iuris, dominij, proprietatis,
ac quorumuis q̄ usfructuum in eisdem bonis seu Villis prædictis pro se et
successoribus reseruan̄ seu excipien̄, sed ita prout eadem bona q̄ fatus
Andreas Febrzydowski solus ipse tenuit, habuit, et possidebat,
vel prout hæreditas eorundem bonor̄ se in suis metis et limitibus exten-
dit, Illustri et Magnifico Hedwigi Comitibus de Thenczyn relict
olim Illr̄is et Magci Stanislai Dębyckowski de Dębrow Palatini
Cracouien̄ matri suæ legitimæ, ad tempora vitæ ipsius extrema inscri-
pſit, pn̄tibus inscribit. Bona prædicta suprascripta, per ipsam Illr̄em et
Magcam Hedwigim Comitt̄ de Thenczyn tenen̄, haben̄, possiden̄ et vti-
fruen̄, ad tempora vitæ suæ extrema, post mortem vero ipsius, eadem
bona suprascripta omnia, ad prædict̄ Andreæ Febrzydowski, vel ips̄i
us legitimas successores deuolui debent. Jam q̄ eidem Illri et Magcæ
Hedwigi Comitt̄ de Thenczyn matri suæ legitimæ prædictus Andreas

Andreas Febrjdowski in bona prætata ꝺ supscripta, dedit et admisit ia
ex nunc realem intromissionē, et actualem pacificamꝙ possessionem per Mi-
nalem Trrēm quemcūꝙ, quem sibi in illa terra et Districtu vbi bona ꝑdi-
ta suprascripta consistunt, ad intromittendꝫ eligere voluerit, iam eidem ex
nunc ex officio presenti ad id additis. Debetꝙ ac tenetur prætatus
Generosus Andreas Febrjdowski Pocillator Sac Regiæ Dlt̃is, vel
ipsius Successores tenebuntur, quos secum de bonis suis omnibus obligat
et inscribit, inscronecꝙ prætata onerat. Eandem Jllrem et Dlagcam
Hedwigim Comit de Thenczyn Palatinam Cracovien, ꝛ ꝺone bonorū ꝑ-
fatorum seu Villarum prædictarum, suꝑscriptarū, iuxta iuris formam
tueri, defendere, euincere, et eliberare, ac vbilibet indemnem et inde-
mnes reddere, necꝙ intromissiōm pacifica cum actuali possessione, in
bonis ꝑdictis prædire. Bonaꝙ eadem munda et libera facere, ab
omnibus Juribus, oneribus, debitis, comitiis, inscriptionibus prioribus et po-
sterioribus, dot reformationibus, Aduitalitatibus, obligationibusꝙ super
eisdem bonis, cuicunꝙ personarum factis vel fiendis. Citationibus, co-
citationibus, innotescen, lucris, perlucris, progressibusꝙ iuridicis et extra-
iuridicis, coram judicio seu ꝺo quocunꝙ perductis, et in quocunꝙ puncto et
gradu iuris dependan, et generaliter ab omnibus dampnis et impedimētis
quarumlꝫt personarū propinquarum et remotarū, sexus vtriusꝙ status
et conditionis cuiusvis existentium, tum et ab impetitione Juridica, toties quo-
ties opus fuerit, per omnes præscriones terrestres, prout ad qualꝫt personā
terrestris præscriptio pertinet, sub vadio viginti millium florenoꝝ perso-
rōmuniū, eidem Jllri et Dlagcæ Palatinæ Cracovien ad soluend sue-

cumben̄. Insuper prefatus Gnōsus Andreas Febr Sidowski, inscribit, se et Suc-
cessores suos de omnibus bonis suis, obligat, inscionem presentem Castrens
Sandomirien̄ ex his actis Castrensibus Sandomirien̄ ad acta quarti
autsentica Regm, vim perpetuitatis habeñ, hinc inter omnis anī curren̄
decursum, transferre, transportare, et in acta eadem inducere, similemq;
recognitionē in tali vel meliori verborum forma, si opus fuerit, facere, pre-
missaq; omnia subscripta firmiter tenere et adimplere, sub alio simili
et speciali vadio, viginti millium florē pecuniē cōmunis, occasione cuiusl-
rei ex præmissis, tam in parte quā in toto non cōplete et nō exequtus se,
orsim et specialiter ad soluendū irremissibiliter succumben̄. Pro quo quidē
vadio seu vadijs, prefatus Gnōsus Andreas Febr Sidowski citatus
vel ipsius successores citati ad Judicium terre siue Castren̄, aut officium
cuiuscunq; terre et Districtus Regni, Ex tunc recedendo ab omnibus
terris districtibus iuribusq; quibuscunq; suis proprijs, et se successoresq;
suos ac bona sua omnia huic Jurisdictiōi quōad supracta attinet, inco-
porauit et incorporat, in primo citationis termino tanq; peremptorio, stare,
parere, respondere, pro vadioq; prefato seu vadijs, toties quoties opus
fuerit satisfacere tenebr̄ et ipsius successores tenebuntur. Eundem pri-
mum terminū, et alios subsequentes causæ terminos, vbq; addeterminari-
onem et decisionē finalem. nullis modis, coloribus, cautellis, excogitatis
et excogitan̄, quodcunq; humana industria excogitari et adinueniri pos-
sit, Judiciali siue extraiudicialiter exquisit̄ siue exquiren̄, dilationi-
bus quibuscunq. vera vel simplici infirmitatibus, neq; pro maiori, aut

ad aliqua mummen̄, vel ad annos discretionis, aut minorem̄itate ſuccorum, negꝫ
ad quietatiōm̄ preterꝫ ad acta districtus Siradiensis, negꝫ expeditione
bellica, Conuentione generali et particulari, praescrōne terrestri, colloquijs,
literis Regalibus, et alijs quibuscunꝫ, Statutis, Consuetudinibus Regni nouis vel
antiquis, laudatis et laudan̄, seruitio debito Regiæ et Reipublicæ, incursu
hostium, peste, interregno, et quibuscunꝫ legalibus impedimentis, euaden̄ne-
gue con̄ abusū et insufficien̄ insertionis p̄tis et citationis seu citationū ad eā-
dem gdit, Cum etiam Militum erroneis vel veris recognitionibus, velonum,
inordinata et intempestiua citationis positione, malo et ordinato progres-
su iuris, non statutione Dominatis qui citōnes posuit, renunciaꝫ ꝫ eo ab
omnibus et singulis iuris et facti remedijs, exceptionibus, allegationibus,
controuersijs in p̄nti, ab accessorio fieri solit, fori declinationibus, Decre-
tis Regiæ Dñtis in similibus prolatis ac proferendis, et informacion̄ cau-
motionibus, appellationibus, et earum per adcitationes reuisicationibus,
euasionibus, protestationibus, incompeten̄ Judicij aut officij Euocationis ex
proprio foro et dicti, praescrone in cā, fatalijs in processu iuris, ac omnibus
et singulis beneficijs iuris, hic expressis et nō expressis, ita quod gnali-
tas specialitati et è contra in nullo derogat. Quibus omnibus se et
suos successores super omnia bona sua hoc onus accipien̄ et imponen̄, et
ratione bonorū̄ oneratorū̄ successores suos monendo, et nihil vbi pe-
nitus in auxilium con̄ omnia premissa et singula accipien̄, cum suis suc-
cessoribus, sub amissione sua et suorum successorū̄ totius causa, nec pa-
na trin̄ marcarū̄ vel ter triplex pena decerni debet. Illudꝫ

beneficiũ Juris, quod nõ feci luita pena faciam, ipsi et suis successoribus prodesse non potest, nulla prescõne terrestri aut temporis diuturnitate obstante. Actum in Castro Sandomirien, feria quarta post Dominicam Sac Pentecoste proxima. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo. Quam quidem transportationẽ inscriptionis praemissertae nos suscipi, et in Acta Cancellariae nostrae inscribi mandauimus. Decernimusq; eandem et omnia suprascripta robur et pondus suum instum et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum nostrũ praesentibus est appressum. Actum et Datum in Stabimo Exercitus nostri ad Wiepsum, die Vigesima octaua Mensis Julij Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Regni vero nri Quinto

Ad Ordinẽ Regiũ ad Vt supra

Joseph Andreas Lobr Zydowski
rot. Vigorii mill: flor: certi debiti.

S. u. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et actis Cancellarie personaliter constitutus Generosus Andreas Febrzydowski Pocillator noster, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibus suis suis proprijs et competentibus recedendo, illisq; renunciando, huic vero nostrae

iurisdictioni, quò ad recognitionem suam presentem, et illius effectum, se cum bo-
nis et successoribus suis incorporando et subjiciendo, sanus mente æquè ac cor-
pore existens, ultrò, liberè, palam, disertis et expressis verbis recogno-
uit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere teneriq3 se et suos successores,
certi, veri, et liquidi debiti, ac mutuatæ pecuniæ, viginti millia florenor3, quemlz
florenũ triginta grossis Polonicis cõputando, Illustri et Magnificæ Hedwigi
Comitissæ de Thenczyn Illrĩ3 et Magnifici olim Stanislai Gliszkowski
de Gliszkow Palatini et Generalis Capitanei Cracovien3 relictæ viduæ, ma-
tri suæ legitimæ et eius successoribus. Quod quidem debitũ viginti millium
florenor3 pecuniæ totum et integrum, obliganit, inscripsit, et submisit, præse-
tibusq3 obligat, inscribit et submittit, se et suos successores, de et super
omnibus bonis suis hæreditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus,
tam ijs quæ ad præsens habet et possidet, quam quæ postmodum quauis
iuris ratione haberet, possideret, et acquisiturus esset, nullis prorsus ex-
ceptis, eidem Illri et Magcæ matri suæ, et illius successoribus
pro festo Nativitatis Domini proximo in anno presenti celebrando, solutum,
numeraturũ, atq3 apud acta Castrensia Cracovien realiter et cum effectu
repositurũ et relicturum. In defectu vero, quamis ex causa, eius ipsius to-
tius summæ debiti suprascripti, pro tempore prætixo, à se vel suis succesori-
bus solutionis, atq3 apud acta Castren Cracovien3ia repositionis, obliganit, et
submisit, præsentibusq3 obligat et submittit, se et suos successores, eidem Illri
et Magcæ matri suæ, eiusq3 successoribus, dare, et admittere in omnia et
singula bona sua hæreditaria, ubilibis locorum in Regno nostro consistentia,

nullis exceptis, realem intromissionem, cum actuali pacifica possessione, ac usufructu: ab ipsa matre sua quocunq; tempore, per dictum terrem, quem uis quem iam sibi eam ad rem presentibus addimus, apprehendendam. In quo eandem matrem suam, neq; ipse per se, nec per amicos, seruos, formulos, ac alias quasuis submissas, et instructas personas, quouis pretextu et colore impediet, sub vadio infrascripto. Quae quidem bona omnia suprascripta cum eorum attinen^2, pertinentijs: fructibus praeterea, comodis, emolumentis, censibus, pensionibus, tributis, obuentionibus, operibus, laboribusq;, haec ipsa illustris et magca^2 D. Eduigis, ac sui quoq; successores, ni^2 huma suprascripta viginti millium florenor^2 pecuniae, a praefato festo Natiuitatis Domini proxime celebrando, siue potius ab accepta eorum bonor^2 possessione, iure et modo obligatorio, tenebit, habebit, possidebit, ijsdemq; utetur ac fruetur, ad alia^2 hoc idem Natiuitatis Domini festu^2, ma^2 sequenti celebrandum. Et ab illo rursus, si debitum illud sibi integre ex formula obligationis huius solutum no^2 fuerit, ad simile quoq; festum anno vertente itidem celebrandum. Et sic ab anno ad annu^2, annis et festis sese proxime mediantibus, quoq; celebran^2, vsq; dum sibi debitum illud viginti millia^2 florenor^2 integre, realiterq;, et cum effectu, a praefato Andrea Fabijdowski, suisue successoribus solutum esset, In ea vero bonorum istor^2 omnium possessione et usufructu, obligauit se et suos successores, de omnibus bonis suis mobilibus et mobilibus, habitis et habendis, memoratus Andreas Fabijdowski, praefatam matrem suam et illius successores, a quarumuis personarum, cuiuscunq;, sortis, loci, dign-;

tatib et cõditionib existentiu, ac iurib quippiam ad ea bona se habere quo-
cunqʒ modo prætendentium, impeticione qlauib, tam iuridica, quàm extraiuri-
dica, tueri, intercedere, defendere, euincere, liberare, ac indemnem prorsus
reddere. Bona præterea illa omnia et singula, ab omnibus inscriptionibus,
quandocunqʒ, cuicunqʒ, quomodocunqʒ, et a quocunqʒ factis, vel postmodu
faciendis, tum etiam dotium ac dotaliciorum, censuumqʒ reemptionalium
reformationibus, aduitalitatibus. Citationibus quoqʒ, concitationibus, adci-
tationibus, brachij Regalis innotescentijs, a quouis, quacunqʒ ex causa
in eadem bona importatis, et importandis. Lueris etiam, perlueris, vadijs,
et pœnis, ac processibus quibuslibet iuridicis, in ijsdem bonis a quouis quocun-
que nomine perductis ac perducendis; in vniuersumqʒ ab omnibus et singu-
lis oneribus, in ijs bonis existentibus, munda, libera, et vacua prorsus effi-
cere. Hæc vero omnia submisit et obligauit se vna cum successoribus
suis, tam in toto, quam in minima parte, realiter, et cum effectu, esse ser-
uaturũ, adimpleturum, ac præstaturũ, sub vadio vigintimillium florenoz
pecunie, seorsiuè ac separatim occasione nõ satisfactionis alicui rei et cõ-
ditioni ex præmissis, ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro
quo vadio suie vadijs, ad eum modum succubito vel succubitis, si se
hic ipse Andreas Febr Jydowski suiue successores, ad instantia memo-
ratæ matris suæ aut illius successorũ citare permiserit, ad quodcunq; Ju-
dicium, suie ordi terrestre siue Castrense, vel etiam ad officium Ca-
strense, cuiuscunqʒ terræ et districtus in Regno nostro, recedendo ab
alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti, coram

illo ipso Judicio vel officio, ad quodcunq; ex præmissis citaretur, et cum se in ea causa, una cum successoribus et bonis suis omnibus ad respondendu subjcit et incorporat, in primo citationis termino vti in peremptorio, quem etiam ipsemet sibi et suis successoribus peremptorium facit, quo cunq; tempore, etiam quo à judicijs vacari consueuit, stare, comparere, neq; inde discedendo, aut controuersias aliquas faciendo, vadium illud siue vadia, quorum nomine citaretur, parata præsentiq; pecunia, realiter et cum effectu soluere ac numerare, et nihilominus inscriptionj obligationiq; huic suæ in toto, ac in minima parte satisfacere, sub alio simili et separato vadio ac vadijs, totiesq; quotiès ad soluendum irremissibiliter succumbendis, tenebitur ac debebit, suiq; successores tenebun tur et debebunt. Hunc ipsum vero termini primi peremptorij, et alios etiam quosuis in ea causa terminos, itidem peremptorios, solutionemq; vadij siue vadiorum, quorum causa citaretur, non poterit euadere Andreas Febyj; dowbli aut sui successores, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, Conuentu generali et particulari, bellica generali expeditione, interregno, aura pestifera, inundatione aquarum, fractura pontium; incursione (quod nunquam eueniat) hostium in Regnum inva, legatione, peregrinatione: et alia quauis absentia sui à Regno, seruicio militari, ac alio quocunq; tam nostro quam Reipublicæ, intra et extra Regnum, successorum minorenitate, et alijs in vniuersum legalibus impedimentis quibuscunq, necessario de iure in Judicijs admitti consuetis.

Tum et alijs quoq; omnibus et singulis beneficijs et remedijs iuris, et in

primis exceptionibus, dilationibus, appellationibus, prouocationibus, motionibus, ad easdemq; prosequendas citationibus, concitationibus, et adcitationibus, (Caeris ise, danda intromissione, ac caeteris remedijs tam iuridicis, quam extraiuridicis, quae cunq; arte, ingenio, ac industria humana excogitari inueniriq; possint. Quibus omnibus tam in genere quam in specie, ita tamen ne generalitas specialitati, vel haec illi aliquid deroget, sed quod omissum esse videbitur in specialitate, id in generalitate comprehendi existimandum est; renunciauit, et hisce literis renunciat, neq; se illis omnibus in ea causa una cum successoribus suis, vsurum, itaq; subsidium causae huic vsurpaturum, obligat. Obligationi itidem et inscriptioni huic suae, ex eaq; emanatae citationi, et iuris processui, defectus, vicia, ac illegalitatem aliquam non esse obiecturum. Ad quietationem ex eadem inscriptione, vel aligna illius conditione producendam, dilationem sibi dari, alias non petiturum, nisi ad Acta Castrensia Cracouien. sub amissione sui suorumq; successorum totius causae. Nulla in ijs omnibus ꝓscriptione ac temporis diuturnitate obstante. Quam recognitionem vtpote legitimè factam, nos suscepimus, et in Acta Cancellariae nostrae inscribere mandamus. Decernimusq; eandem, et ita in illa compraesensa, robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum in Statibus Exercitus nostri ad Witepscum die Vigesima octaua Mensis Julij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo. Regni vero nri Anno Quinto.

Ita Magnificus vt supra

Abrahan Smigielski Cast.
pro Karsnielski quadrin
gentor flor debet.

S.R.

STEPHANVS Dei gra Rex Polonie &c Significamus hijs literis nostris, quorũ interest, omnibus et singulis, earũ noticiã habituris. Quod coram nobis, et apud acta Cancellarie nostre, personaliter constitutus Nobilis Abraham Smigielski, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis propryjs et cõpetentibus renũciando, illisq; per expressum renunciãn, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem, ac illius effectum, se cũ successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditaryjs, obligatoryjs, tam jjs que ad presens habet, quam que postmodum, quauis iuris ratione habiturus et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, incorporãn et subjciendo, ultrò, liberè, patam, diserte et expressis verbis recognouit, et hijsce literis nostris recognoscit. Quia Nobili Christophoro Karsmielski, et illius successoribus, tenetur et debet, quadringentos florenos pecsa cõmunis, quemlibet florem triginta grossos Polonicos cõputando, certi veri ac liquidi debiti, hoc idem jjs debitũ quadringentos florenos totum et integrũ, se successoresq; suos super et de omnibus bonis suis mobilibus, imobilibus, hereditaryjs, obligatoryjs, tam jjs que nunc habet et possidet, quamque postmodum quauis iuris ratione, ne haberet ac possideret, inscribit et obligat, prefato Christophoro

vo Karsmieglei suie ipsius succeßoribus, profecto Natiuitatis Domini, proxime ñ ano proesenti celebrando, soluturum, et apud acta Castren Opogne sia, realiter et cum effectu, plenegz ac integrè repositurū et relicturū, sub vadio simili quadringentorū florenorū pecuniae comunis, in casu nō solutionis debiti suprascripti, ad soluendum irremissibiliter ab eodem Abrahamo Smigielski suisgz succeßoribus succumbendo. Pro quo quidem vadio, tum et summa quoqz principalis debiti, si se citare permiserit, memoratus Abrahamus Smigielski, aut sui succeßores, ad instantiam Christophori Karsmigki, aut illius succeßorū, ad quoduis iudicium siue terrestre siue Castrense, vel ad officium quoqz Capitaneale Castren, cuiusqz terre et Districtus in Regno nro, ac ad Judicium quoqz nostrum Regiū, post Curiam nram, recedēnā à terris, foro, iurisdictionibusqz suis proprijs, illi autem Judicio siue officio, ad quodcunqz citaretur, se cum succeßoribus, bonisqz suis omnibus incorporū et subijciendo, in primo citationis termino, tanquā peremptorio, stare, parere, ac respondere, pro vadioqz, ac summa ipsa principali, satisfacere, sub alio simili et separato vadio, toties quoties ad soluendum succumbendo, tenebitur, suiqz succeßores tenebuntur. Cum vero primum terminū peremptorium, ac alios etiam quosuis, in eadem causa terminos semper peremptorios, solutionemqz vadij, ac debiti etiam suprascripti, non poterit euadere, vel differre, quibuscunq dilationibus, veris vel simplicis infirmitatis, priorj, succeßorum minoritate, quietatione vltra acta Castren Opogn, sia, ac alijs omnibus exceptionibus, Legalibus impedimētis, legatione intra vel extra Regnum nostrū, seruicioqz militari, et alio quouis tam nostro

quam Reipublicæ mitra aut extra Regnum. Dilationes preterea et appel-
lationes quasuis faciendo, ac easdem per adcitationes prosequendo. Prescrip-
tionibus quoqz et fatalibus iuris, ac euasionibus. Datis trium marcarum, ac tri-
plici etiam. Quibus omnibus, ac reliquis quoqz quibuscunq remedijs et
beneficijs iuris, tam in genere, quam in specie, ita tamen ne generalitas
specialitati, aut hæc illi in aliquo deroget, renunciauit, et renunciat per
presentes. Neqz se illis vnqz in ea causa posse fore submittit, et obli-
gat, sub amissione sue et suorum successorum totius iuris causæ, Nulla
præscrone temporisqz diuturnitate in eo obstante. Quam quidem vero
gnitionem nos suscipi, et in acta Cancellarie nostre inscribi mandavi-
mus. Decernimusqz eandem robur et pondus suum iustum et debitum sem-
per obtinere debere. Atque in cuius rei fidem sigillum nostrum pendens
est appressum. Datum et Datum in Castris ad Aream nostram Vie-
lisium, die Nona Mensis Augusti Anno Dni Millesimo Quin-
gentesimo. Octuagesimo. Regni vero nostri Anno Quinto

Pollio Plagci rd vt sup

Krstoforus Meglenski Stanislao
Tarnowski debitum inscribit

s.m. Sacra hanus Deigra Rex Polonie rd Significamus hijs literis
nostris, quorum interest, Vniuersis et singulis, earum notitia habituris

Quod coram nobis et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis Christophorus Dlegiewski, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis proprijs et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostræ iurisdictioni, quo ad recognitionem suam præsentem, ac illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus, hæreditarijs, obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet, quam quæ pest modum quauis iuris ratione habiturus et acquisturus esset, nullis prorsus exceptis incorporando et subijciendo, ultro, libere, palam, diserte et expresse verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Nobili Stanislao Tarnowski, et illius successoribus, tenetur et debet centum florenos pecuniæ communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis computandum certi, veri, et liquidi debiti. Hoc idemque debitum centum florenorum totum et integrum se successoresque suos super et de omnibus bonis suis, mobilibus, immobilibus, hæreditarijs, obligatorijs, tam ijs quæ nunc habet et possidet, quamque postmodum quauis iuris ratione, habiturus possessurusque esset, nullis prorsus exceptis, inscribit et obligat, ijsdem Stanislao Tarnowski, suisque successoribus, pro festo Natiuitatis Domini proxime in anno presenti celebrando, soluturum, et apud acta Castrensia Lublinensia realiter et cum effectu, plenèque ac integrè repositurum actoturum, sub vadio simili centum florenorum, pecuniæ communis, in casu non solutionis debiti suprascripti pro tempore præfixo, ad soluendum irremissibiliter ab eodem Christophoro Dlegiewski suisque successoribus

succumbendo. Pro quo quidem vadis, tum et summa quoq; principalis debiti
si se citare permiserit, memoratus Christophorus Zeglerowski, aut sui
successores, ad instantiam Stanislai Tarnowski, illiusq; successorum
ad quoduis iudicium suæ terrestre suæ Castrense, vel ad officiū quoq;
Capitaneale Castrense, cuiuscunq; Terræ et districtus in Regno nostro,
ac ad Judicium quoq; nostrum Regium post Curiam nrām, recedēn a ter,
rio - foro, iurisdictionibusq; suis propriis, illi aut Judicio suæ officia
ad quodcunq; citaretur, secum successoribus bonisq; suis omnibus in,
corporā et subjicien, in primo citationis termino tamq; peremptorio, sta,
re, parere, ac respondere, pro vadioq; ac summa ipsa principali, satisfac,
re, sub alio simili et separato vadio, totiesq; quoties ad soluendū succum,
bendo, tenebr suisq; successores tenebūtur. Cum vero primū terminū
peremptorium, ac alios etiam quosuis in eadem causa terminos semper
peremptorios, solutionemq; vadij ac debiti etiam suscepti, nō poterit
euadere, vel differre, quibusuis dilationibus, veræ vel simplicis mis,
nitatis, pro maiori, successorū minorēnitate: quietatione vltra ad-ra
Castrensia Lublinensia, ac aliis omnibus exceptionibus, legalibus
impedimentis, legatione intra vel extra Regnū nrm, seruicioq; mili,
tari, et alio quouis tam nro quàm Reipublicæ intra aut extra Re,
gnum. Dilationes præterea et appellationes quasuis faciendo, ac eas,
dem per adcitationes prosequendo. Præscriptionibus quoq; et fata,
lis iuris, ac euasionibus. Quos trium marcarū, ac triplici etiam.

Quibus omnibus ac reliquis quoq3 quibuscuis remedijs et beneficijs iuris, tã
m̃ genere quam m̃ specie, ita tamen ne generalitas specialitati, aut hæc il
li m̃ aliquo deroget, renunciauit, et renunciat per præsentes. Neq3 ei
lis cõq3 m̃ ea causa vsurum esse submittit et obligat, sub amissione sue
et suorum successorum totius istius cause. Nulla præscrõne, temporisq3
diuturnitate m̃ eo obstante. Quam quidem recognitionẽ nos suscipi, et
m̃ Acta Cancellarie nrẽ inscribi mandauimus. Decernimusq3 eandẽ
robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Cuius
m̃ eius rei fidem sigillum nrm̃ pntibus est appressũ. Actũ et Datũ
m̃ Castris ad Arcem nrãm Vielisium die Nona Mensis Augusti. An
no Dominj. Millesimo. Quingentesimo. Octuagesimo. Regni vero nri
anno Quinto.

Ad mandatum Regis proprium.

Bartholomeus Ostromiecki ius adu,
talicius consortis sui in villis Ost
miecko Sbrisle et Restowo iacen
tibus.

vp. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus
hiis literis nris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noti
tiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellarie no
stre personaliter constitutus Nobilis Bartholomæus Ostromięcki

à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis proprijs et cõpetentibus recedendo, illisq; per expressum renunciando, huic vero nostræ iurisdictioni quò ad recognitionẽ suã præsentẽ et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus, hæreditarijs, obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet, quam quæ postmodum quauis inrogatione habiturus et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis incorporan̄ et subijciendo, vltrò, liberè, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce lris nostris recognoscit. Quia in bonis suis hæreditarijs, se iure optimo cõcernentibus, sortibus vigt suis Villarum Ostromięczko, Izbicze, et Reptowo, omnibusq; et singulis eorum bonorũ pertinen̄ et adiacentijs, nec non fructibus, prouentibus, emolumentis, ac obuentionibus, vniuersis, ex eisdem bonis prouenientibus, nullis prorsus exceptis, Generosæ Agnethi Rokitnięska, Generosi Ioannis Ostromięcki Vexilliferi Culmensis, fratris sui germani, consortiles, gitimæ, ius aduitalicium inscribit, atq; eadem bona cum omnibus eorpertinentijs, adiacentijs, fructibus, prouentibus, emolumentisq; vniuersis, à morte sua eidem tenenda, habenda, possidenda, vtenda, fruenda, administranda, gubernandaq;, quam diu in humanis aget, pleno iure, sine impedimento et cõtradictione quorumuis successorum suorum, ius et interesse quodnis ad eadem bona se habere prætendentium, dat et concedit. Ita tamen, vt sublata è viuis memorata Generosa Agnete, hæc eadem bona omnia, ad successores ipsius Bartholomæi

Ostromiączki, absq3 vlla successorũ ipsius Agnetis contradictione, recleat ac deuoluantur. Quam recognitionem modo prẽmisso factam, nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ ꝛnscribi mandauimus. Decernimusq3 eandem, et omnia in illa comprahensa, robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Porro in eius rei fidem sigillum nostrum pntibꝰ est appressum. Actum et Datum in Castris ad Arcem nram Vielicz die Nona Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo. Regni vero nostri Anno Quinto.

Gyltio Magci rd vt sup.

Cristoforus Barski
quietatus.

s. u. STEPHanus Dei gratia Rex Polonie rd Significamus hiis literis nostris, quorũ interest, vniuersis et singulis, earũ noticiam habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellariæ nræ personaliter constitutus Generosus Andreas Febrysidowski, Pocillator noster, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro ac iurisdictionibus quibuscunq3 suis propryis, et competentibus recedẽs, illisq3 per expressum renũciando, huic vero nræ iurisdictioni, quo ad recognitionem suã prosequtem, ac illius effectum, se cum successoribus et bonis suis oibꝰ

mobilibus et mobilibus, hæreditarijs, obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet, quàm quæ postmodũ quauis uiriũ ratione habiturus et acquisturus esset, nullis prorsus exceptis, incorporan̄ et subijciendo, ultrò, liberè, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Nobilem Christophorum Barski, et illius successores de interciss̄is ultrò à se et eodem, mutuo, ratione debiti duorũ millium flo., renor̄ pecuniæ cõmunis, à se apud illum contractæ, confectis, ac inscriptionem actis Castren̄ Pyzdrensibus, ab ijsdem facta, approbatis et roboratis, omnibusq; et singulis conditionibus, capitulis, legibus ac ligamentis, in ijsdem interciss̄e literis, ac inscriptione memorata cõprehensis, quietat, ac liberũ, immunẽ, et absolutum perpetuo facit, sibiq; et suis successoribus præmissorum omniũ et singulorum occasione, silentiũ perpetuũ imponit, et viam facultatemq; omnem agendi præcludit. Quam recognitionem nos suscipi et in Acta Cancellariæ nostræ inscribi mandamus. Decernimusq; eandem, robur et pondus summ iustũ et debitũ semper obtinere debere. Atque in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nostris ad Wielluẽ Luki die Vigesima octaua Julensis Augusti Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo Regni vero nostri Anno Quinto.

Ad mandatum Regiæ Majestatis ut supra.

563 ~~2~~ 8

Hiacinthus Mlodzieiowski
in sum rote trecentor florenor,
Joanni Mlodzieowski assignat.

vdg. STEPHANVS Dei gratia Rex Colomee ac Sigmficamus hijs literis no-
stris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod
coram nobis, et apud Acta Cancellarie nostre personaliter constitutus Gene-
rosus Hiacynctus Mlodzieiowski, Curie Regni nostri Thesaurarius, a ter-
ris, Palatinatibus distrietibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscuis su-
is propriis et competentibus recedendo, illisq3 per expressum renuncian-
do, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionē huiusmodi presentem, ac
illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et
immobilibus, hereditarijs, obligatorijs, tam ijs, que ad presens habet,
quam que posthmodū quouis iuris ratione habiturus et acquisiturus es-
set, nullis prorsus exceptis, incorporando et subijciendo, ultro, libere, pa-
lam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis nris recog-
gnoscit. Quia totū et integrum ius suum, quod sibi competebat, super
summa trecentorum florenor pecunie communis, quemlibet florenum trigin-
ta grossis Polonicis, computando, debiti apud se per Nobilem Stani-

Slaum Jaborowski in Jaborowie sortis sue hæredem cõtracti, inq3 bonis suis in
scriptione ab eodem in actis Cancellarie nre facta, obligati, Nec non to
tum processum iuridicũ nomine suo super eodem Stanislao Jaborowski, bo
nisq3 suis, apud officium Castrense Nadomien, vel quodvis aliud, ex vi inscri
ptionis memorate, apud Acta Cancellarie nostre facte, perductum, ac
in quovis puncto et gradu cõsistentem. Tum etiam vadia, lucra, perlucra,
ac damna quelibet sibi ab eodem Stanislao Jaborowski debita, Nobili
Joanni Nodrzewski, et ipsius successoribus resignat, ac eadem omnia et
singula, in eundem ac suos successores, transfert, transportat, et transfun
dit, cum omni iure, dominio, et proprietate. Nihil amplius, iuris, domini,
proprietatis, propinquitatisq3, sibi suisve successoribus, ad suprascriptũ debi
tum, ac inscriptionem obligatoriã in Actis Cancellarie nostre extantem
tum et bona quoq3, in quibus hoc debitũ sibi inscriptum fuit, processum de
inq3 iuridicũ, ac cetera omnia suprascripta, reseruando et excipiendo.
Itaq3 ex nunc, inscripta omnia, ex iuris prescripto, memorato Joanni No
dr Zewski, eiusdemq3 successoribus, dedit realem intromissionem, actua
lemq3 et pacificam possessionẽ, per Mitialem quemuis, quem sibi presen
tibus ad id addimus, tempore quo tẽ assignandam et apprehendendã.
Quam recognitionẽ, ut pote legitimè factam, nos suscipi, et in Acta Can
cellarie nostre inscribi mandamus. Decernimusq3 eandẽ et omnia in
illa cõprehensa, robur et pondus suum iustum et debitũ obtinere debere.
Itaq3 in eius rei fidem, sigillum nostrũ presentibus est appressum
Actum et Datum in Castris ad Vielkie Lubi die Vigesima nona

565 279

Mensis Augusti. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo.
Regni vero nostri Anno Quinto.

Rtio Magci ꝛc vt supra.

Martinus Leenski Joannis
Alystowski debet quingentos
florenos.

STephanus Dei gratia REX Poloniæ ꝛc Significamus hiis literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, Earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis Martinus Kyenski, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis propriis et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic veroni iurisdictioni, quo ad recognitionem suam præsentem ac illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditariis, obligatoriis, tam iis quæ ad presens habet, quàm quæ postmodum quamis ratione habiturus, et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, in corporan et subjiciendo, vltrò, liberè, palam, distertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere teneriq3 se ac suos successores Nobili Joanni Alystowski et illius successoribus, quingentos florenos pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis

Polonicus computando, certi, veri, et liquidi debiti, Obligauitq3 et inscripsit
ac præsentibus obligat et inscribit, de et super omnibus bonis suis mobilibus
et imobilibus, hæreditarijs et obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet
et possidet, quam quæ postmodu quauis iuris ratione habiturus et acquisi-
turus esset, nullis prorsus exceptis, hoc idem debitum totum et integrum
se et suos successores, eidem Joanni Dlysłowski vel suis successoribus
pro festo Natiuitatis Domini proxime in anno præsenti celebrando, realiter
et cum effectu, parata præsentiq3 pecunia esse soluturu, ac numeraturum
atq3 circa acta Castrensia Lublinensia repositurum, acillud ibidem, in ab-
sentia Joannis Dlysłowski aut suorum successorum, relicturu, sub vadio
simili et æquali quingentorum florenorum pecuniæ comunis, per eundem Dlar-
tinum Kyenski suosq3 succesores, in casu no solutionis debiti ijstius, loco, et
tempore superius expresso, Joanni Dlysłowski eiusq3 successoribus irre-
missibiliter ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, ad en motu
succubito, summaq3 illa principalis debiti, quingentorum minorum flore-
norum, si hic ipse Dlartinus Kyenski siue successores, se citare permi-
serint, ad Judicium siue officium Castrense Capitaneale Lublinense
quocunq3 tempore, recedendo, a quouis alio foro, iudicio, ac iurisdictione
sua propria, sibiq3 quocunq3 modo competenti, neq3 ad illud provocando
seq3 excipiendo, obligauit et submisit, hisceq3 tris obligat et submit
tit, se et suos successores, coram illo ipso iudicio vel officio, (cui se vna
cum successoribus bonisq3 suis omnibus, quoad negotium presens, ad re
spondendum subjecit et incorporat) in primo citationis termino, vti

in peremptorio, (quem etiam ipsemet sibi cum succesoribus suis in eadē causa peremptorium facit.) quouis tempore, etiam quō à iudicijs vocari ex legum præscripto consuerit, esse comparaturum, indeq; nō discedendo, aut in cōtroversias aliquas sese ingerendo, debitum memoratū quingentorum florenoy, ac vna quoq; par et æquale vadium, simul et semel, realiter et cum effectu, Joanni Dlystowski, aut suis succesoribus soluturū, sub alio simili separatoq; vadio, totiesquoties ad soluendū à se suisq; successoribus irremissibiliter succumbendo. Hunc ipsum vero terminum primū peremptorium, ac alios etiam quosuis in eadem causa terminos, semper peremptorios, solutionemq; debiti, ac vadij siue vadiorum, cuius vel quorum nomine citaretur, aut sui successores citarentur, nō poterit neq; debebit, euadere, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, (conuentibus generalibus et particularibus, bellica generali expeditione, interregno, vicursione, (quod nunquam eueniat) hostiū in Regnum, aura pestifera, inundatione aquarū, fractura pontium, surcessorū minorēnitate, peregrinatione, absentia à Regno, Legatione, seruitio militari, et alio quouis tam nostro quam Reipublicæ, intra et extra Regnum nostrum, ac generaliter omnibus et singulis, legalibus impedimētis, in auxilium vulgo in iudicijs vsurpari solitis. Quibus omnibus tam in genere quam in specie, ita tamen ne generalitas specialitati, aut hæc illi quoq; aliquid deroget renunciauit, ac vna etiam omnibus, remedijs et beneficijs iuris, quæcunq; sibi ea in causa suffragari quoquomodo posse viderentur, maxime verò exceptio;

nibus, dilationibus, motionibus, appellationibus, prouocationibus, ac ad eas
dem prosequendas, citationibus, conuocationibus, et adcitationibus. Pœnis trium
aut tertium marcarum, vel alijs etiam quibuscunq; statutis et constitutioni
bus publicis in contrarium editis, vel postmodum edendis, ac sanciendis
Consuetudinibus nouis et antiquis, literis nostris, successorumq; nostrorum
atq; Decretis in similibus causis prolatis aut proferendis. Et alijs in uni
uersum omnibus praesidijs iuridicis, quae siue ex legibus publicis peti si
ue arte, ingenio, ac industria humana comminisci possint. Quodq; huic in
scriptioni, et ex ea emanatae citationi, atq; iuris processui, consentiri
tuto, nullos defectus vel illegalitatem sit obiecturus: ac adquietan
tionem ex inscriptione praesenti, producendi, dilationem sibi concedi, ad
quamuis alia acta praeter Castrensia Iublinensia, no sit petiturus. Si
quid vero secus a se suisq; successoribus factum fuerit, si minimum uti
aliqua defensione siue iuridica siue extraiuridica in ea causa praesi
serit, eo ipso facto in causa hac una cum successoribus ruet. Nulla
praescriptione temporisq; diuturnitate in eo obstante. Quam vero
gnitionem sponte ac beneuole factam, nos suscipi, et in acta Cancel
lariae nrae inscribi mandauimus. Decernimusq; eam robur et pondus su
um iustum et debitum obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum
nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nris
ad Wielkie Ludi feria tertia ante festum Diui Aegidij proxima An
no Dni. Millesimo Quingentesimo Octuagesimo. Regni vero nri Quinto.

Ad mandatum Dni Regis vt sup

569 ~~281~~

Joannes Odrynolski Abrahamo
Laski debet ducentos et quinqu
ginta florenos.

S.U. STEPHANVS Dei gratia Rex Poloniae &c Significamus hiis li-
teris nostris quorum interest, vniuersis et singulis earum noticiam habituris.
Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariae nostrae personaliter cõstitu-
tus Nobilis Joannes Odrzywolski, a terris Palatinatibus, districtibus
ime, foro, ac iurisdictionibus quibuscuis suis propriis et competentibus, vece-
dendo, illisq; per expressum renunciando, Juri vero nostrae iurisdictiõi,
quo ad recognitionem suam praesentem ac illius effectum, se cum succes-
et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditarijs, obligatorijs,
tam ijs quae ad praesens habet, quam quae postmodum quauis iuris ratione
habiturus et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, incorporando
et subjciendo, ultrò, liberè, palam, distertis et expressis verbis reco-
gnouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Nobili Abrahamo
Laski et illius successoribus debet ac tenetur, ducentos et quinquagin-
ta florenos pecuniae cõmunis, quemlibet florenum, triginta grossis Po-
lonicis cõputando, certi, veri, ac liquidi debiti. Quod quidem debitum,
totũ et integrũ obligauit et inscripsit, hisceq; literis nostris obligat
et inscribit, de et super omnibus bonis suis mobilibus et imobilibus
hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quae ad praesens habet et possi-
det, quam quae postmodum quauis iuris ratione, habiturus, posses-

ſumꝰ, et acquiſiturus eſt, nullis prorſus exceptis, ſe et ſuos ſucceſſores ei
dem Abrahamo Loski aut illius ſucceſſoribus pro feſto Diui Adalberti Epi
ſcopi et Martyris, in Anno futuro Millesimo, Quingenteſimo, Octuage
ſimo primo, proximè celebrando, realiter et cum effectu, parata præſentia
pecunia, ſoluturum, atq; ad Acta Caſtrenſia Czernenſia repoſituꝝ ac re
lecturum, ſub vadio ſimili et æquali ducentorū et quinquaginta florenoꝝ
pecuniæ cōmunis. Pro quo vadio, in caſu nō ſolutionis debiti ipsius pro tem
pore ſuperius aſſignato, ad ſoluendum irremiſſibiliter Abrahamo Lo
ski ac illius ſucceſſoribus, ſuccumbendo, tum et pro ſumꝰ quoq; ipſa prin
cipalis debiti, ſi ſe hic ipse Joannes Odrzywolski aut ſui ſucceſſores ad
miſtantiam Abrahami Loſki aut ſuorum ſucceſſorū citare permiſerit, ad
quoduis iudicium ſiue vigt terreſtre ſiue Caſtrenſe, aut ad officium Ca
ſtrenſe, cuiuscūq; terræ et diſtrictus in Regno noſtro, ex tunc receden
do, a terris, foro, iuriſdictionibusq; ſuis proprijs, illi autem iudicio ſiue
officio, ad quodcunq; citaretur, ſe cum ſucceſſoribus bonisq; ſuis omnibus
incorporando et ſubijciendo, in primo citationis termino, tanquam perempto
rio ſtare, parere, ac reſpondere, pro vadioq;, ac ſumma ipſa principali, ſa
tisfacere, ſub alio ſimili et ſeparato vadio, totiés quotiés ad ſoluendum ſuc
cumbendo, tenebitur, ſuisq; ſucceſſores tenebuntur. Cum vero primum ter
minū peremptorium, ac alios etiam quoſuis in eadem cauſa termnos ſemper
peremptorios, ſolutionemq; vadij ac debiti etiam ſupraſcripti, non poterit
euadere vel differre, quibuſuis dilationibus, veris vel ſimplicis infirmi,

tatib⁹ pro maiori, ſucceſſorum minorenitate, quietatione vltra Recta Caſtren:
ſia, Gernenſia, ac alijs⁹ omnibus exceptionibus, legalibus impedimẽtis, legatione
intra vel extra Regnum noſtrũ, ſeruitioq3 militari, et alio quouis tam noſtro quã
Reipublice intra aut extra Regnum. Dilationes preterea, et appellationes
quaſuis, faciendo, ac eaſdem per adcitationes proſequendo. Preſcriptionibus
quoq3 et fatalijs iuris, ac euaſionibus. Lamis trium marcarum, ac triplicii etiã.
Quibus omnibus, ac reliquis quoq3 quibuſuis remedijs et beneficijs iuris, tam
in genere quam in ſpecie, ita tamen ne generalitas ſpecialitati, aut hec illi in
aliquo deroget, renunciauit, et renunciat per preſentes. Neq3 ſe illis vnquam
in ea cauſa vſurũ eſſe ſubmittit, et obligat, ſub amiſſione ſue et ſuorum ſucceſ-
ſorum totius iſtius cauſe. Nulla preſcrone temporiq3 diuturnitate in eo obſtã-
te. Quam quidem recognitionem nos ſuſcipi, et in Acta Cancellarie nre mſri
bi mandamus. Decernimusq3 eandem robur et pondus ſunm iuſtũ et debitũ
ſemper obtinere debere. Vtq3 in eius rei fidem sigillum noſtrũ preſentibus e
appreſſum. Datum et Datum in Caſtris noſtris ad Wielkie Luki Sabbato
poſt feſtum Diui Aegidij proxime. Anno Domini Millesimo, Quingente-
ſimo Octuageſimo, Regni vero noſtri Anno Quinto.

Ad mandatum Regis &c vt supra:

Valentinus Lenicki Secr. Mtis
manu propria ſcripſit et
ſubſignauit.

s.u. STEPHANVS Dei gratia REX Polonie &c Significamus hiis li-
teris nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earu noticiam habi-
turis. Quod coram nobis et apud Acta Cancellarie nostre personaliter
constitutus Nobilis Valentinus Lewiczki, a terris, Palatinatibus, distric-
tibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscuis suis propriis et competenti-
bus recedendo, illisq3 per expressum renunciando, huic vero nostre iuris-
dictioni, quo ad recognitionem suam presentem ac illius effectum, se cum suc-
cessoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditarijs, obli-
gatorijs, tam ijs que ad presens habet, quam que postmodu quauis iuris
ratione habiturus et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, incorpora-
do et subijciendo, voluntario, libere, palam, distertis et expressis verbis re-
cognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Nobili Petro Plagnus-
zki et illius successoribus debet ac tenetur, ducentos et quinquaginta flore-
nos pecunie communis, quem lgt florem triginta grossis Polonicis computando,
certi, veri, ac ligniti debiti. Obliganitq3 et inscripsit, et hisce literis
nostris obligat et inscribit, de et super omnibus bonis suis, mobilibus et
imobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad presens habet
et possidet, quam que postmodum quauis iuris ratione habiturus, posses-
surus, et acquisiturus esset, nullis prorsus exceptis, hoc ipsum debitum
ducentorii et quinquaginta florenos, se et suos successores, memorato
Petro Plagnuszowski, aut illius successoribus, esse soluturu, duo-
bus pensionibus. Pro festo minimum Circumcisionis Domini, initio
anni sequentis, Millesimi, Quingentesimi, Octuagesimi, Primi

celebrãdo, centum florenos pecuniæ cõmunis, quemlꝫt florenum trigin-
ta grossis Colomeis computando, centum vero et qmnquagmta florenos, eiusdem pecuniæ, ac monetæ, pro festo Diui Joannis Baptistæ, ñ ano eodem pro-
ximè futuro celebrando, realiter et cum effectu soluturum, et numeraturu,
ad Actagz Castrensia Gernensia, plenè et integrè, parata ac præsenti
pecunia, m absentia eiusdem Petri Flagnusbowslei, et illius succesborum,
resposituꝝ et relicturum, sub vadio simili et æquali ratæ siue pensionis
cuius pro tempore superius prefixo a Valentino Lewieglei, aut illius suc-
cessoribus, non solutæ, correspondenti, ad soluendum irremissibiliter suc-
cumbendo. Pro quo vadio, ad eum modum succubito, tum et pro summa illa
